




**Acta colloquii in comitiis imperij Ratisponae habiti, hoc est
articuli de religione conciliati & non conciliati omnes, ut ab
Imperatore Ordinibus Imperij ad iudicandum & deliberandum
propositi sunt : Consulta & deliberata de his actis Imperatoris
singulorum Ordinum imperij, & Legati Romani. Et, quaedam
alia, quorum Catalogum habes sequenti pagina**

<https://hdl.handle.net/1874/432813>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**


**More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


F. qu.

111



四
一





sed uariante meritorum ordine alios alii
dispe...
diuer...
iudic...
uitate eque non graditur alter ab altero reg
Sci autem viri cumpresum non in se potest at
ordinis sed equalitate conditionis adtend
Net prece gaudent hominib; sed prode est
Sciunt enim quod antiqui patres nostri uontan
res hominum quia pastores peccatorum fuisti
memorantur. Et cum noe dominus filius que eius c
ceret. Crescite et multiplicamini. et imple
terra subdidit. Et terror urum actremorsit su
cuncta animalia terre. Homo quippe ani
lib; irrationabilib; non autem ceteris homin
natura prelatur. Et idcirco dicitur. ut a
animalib; et non ab homine timeatur. Quia c
tra naturam superire est. ab equali uel leti
Quauis plerumque a subditis etiam sciuris appre
sed quando ab eiusdem subditis dominum minimi
timeri deprehendunt. ut humana saltim fe
midine peccare metuant qui diuina iudic
non formidant. Ne quaqua ergo prepositi e
hoc quesito timore superbiunt in quo non suad

Miscellanea Theologica

Quarto n°. III.

45-(mt) 569

N. 5. C.

N. 31. C.

ACTA COLLO QVII IN COMITIIS IMPERII RA

TISPONAE HABITI, HOC EST ARTICVL^E
de religione conciliati, & non conciliati om=nes, ut ab Imperatore Ordinibus Impērij ad iudicandum, & deliberandum propositi sunt.

Consulta & delibera de his actis Imperatoris singulorum Ordinum Imperij, & Legati Romani.

Et, quædam alia, quorum Catalogum habet sequenti pagina.

Per Martinum Bucerum.

ARGENTORATI MENSE SEP= TEMBRI M. D. XLI.



Ex libraria Hub. a Buer.

- Propositio Imperatoris, qua Ordinibus Imperij Acta Colloquij deliberata
commendauit, statim post prefationem.
- Liber, quē Imperator Collocutoribus tradiderat excutiendum quemq; emē
datum Collocutores Imperatori reddiderunt fol. 1.
- Articuli Protestantium fol. 29.
- Responsum Protestantium datum Imperatori de Conciliatis & non conciliatis articulis fol. 41
- Responsum eorumdem de ratione reformandi abusus in utroq; Ordine, secularij & ecclesiasticorum. fol. 48.
- Deabusib; ecclesiasticis emendandis Philip. Melanth. 59.
- Catalogus Ordinum Protestantium. 65.
- Responsum primum Electorum & aliorum Principum, qui se uocant Catholicos, de actis colloquij, Conciliatis & non conciliatis articulis. 68.
- Quid ad hoc responderit Imperator. 69.
- Responsum legati Pontificij de actis Colloquij. 70.
- Propositio Imperatoris de Conclusione Comitiorum, & de decreto faciendo in causa religionis 72.
- Responsum Electorum. 75.
- Responsum aliorū Principū, qui se uocant Catholicos, & eorum catalogus & pia in id annotatione. 77. } De eadem re
- Responsum liberarum & Imperialium Ciuitatum non protestantium & earum Catalogus. 84. }
- Responsum protestantium. 91
- Decretum Imper. & omnīū ordinum, de reformatione ecclesiasticorū. 93
- Testimonium Eccij de libro ab Imperatore Collocutoribus & deinde ordinibus Imperij oblato. 94.
- Supplicatio Dn. Iulij Pfug & Ioan. Gropperi Collocutorum aduersus cœlumia College sui Eccij, una cum testimonio Imperatoris de utriusq; innocentia & integritate. 94.
- Duo scripta legati de actis Colloquij. 95.
- Responsum adhæc Concionatorum protestantium. 100.
- Scriptum legati, nequid statueretur de nationali Synodo. 102
- Admonitio Concionatorum protestantium. 103
- Deabusib; ecclesiasticis emendandis alterum scriptum Imperatori oblatum.

ILLVSTRI ATQVE PRAE-

STANTISSIMO VIRO, DOMINO LVDO VI-

co de Flandria, Domino Prati, Imperatoriæ

Maiestatis supremo Cubiculario, Do-
mino suo in primis colendo.

Martinus Bucerus S. D.



Vñ dereligionis nostrę cōciliatione, & ecclē
fiarum Christi instauratione, publice ad con-
sultandum & deliberandum proposita sunt.
Illustris ac religiose domine, ea, quoniam ad
omnes, qui Dominū nostrum Iesum Christum inuo-
cant, pertinent, uiris bonis merito curae sunt, qui & ante-
quam aliquid decretum sit, quid constituatur, & post-
quam deliberatum est, quid euenturum sit, solicite ro-
gant. Precantur enim hī à patre cœlesti cotidie, &
ante omnia alia, ut regnum eius, quod ipsum regnum
filij sui est, adueniat. hoc est, ut Ecclesiæ eius quam-
plurimi uera in Christum fide adiungantur, & huic ad-
iuncti, ea fide sic proficiant, ut Christo in se indies ple-
nius & potentius uiuere, ad suam ipsi consolationem &
felicitatē perfruantur, tum ad aliorum procurandam sa-
lutem, & illustrandam patris sui Dei gloriam, eundem
tota sua uita explicit. Hæc uero quoniam non nisi pu-
ra & certa Euangelij Christi doctrina & conformata ad
hanc ecclesiarum disciplinā, effici possunt, nihil profe-
cto magis in uotis esse poterit, omnibus qui aduentum
regni Christi ex animo petūt, quam ut ecclesijs tandem de-
syncera Christi doctrina, dec̄ uera ac propria ecclesiarū
iuxta hanc institutione & administratione conueniat.
Quocirca quemadmodum de euentu, Comitiorum que
Ratisponæ, maxime ob hanc ipsam causam, ut & pia
consensio doctrinæ Christi, & huic probe respondens

A ii

P R A E F A T I O .

ecclesiastice rei procuratio restitueretur, indicta & cele-
brata sunt : Studiosi Christi ubique gentium in anxia
expectatione fuerunt, ita nunc, qualem Dominus eu-
en-
tum dederit, & quid ecclesijs Christi, hisce cōsultum sit,
cognoscere cupidissime expetunt. Religionis autem no-
stræ hoc propriū est, ut quæ de ea audita sunt in tenebris,
efferantur in lucem, quæ audita in aurem, prædicentur
in tectis. Euangelium enim Christi prædicari debet om-
ni creaturæ. Quare ueteres sancti, sacrorum Conciliorū
acta, studiose & cōscribere & inuulgare solebant. Quæ
enim Satan, qui semper se filijs Dei immiscet, per sua
instrumenta in sacris conuentibus aduersus ueritatem
machinatus fuerit, ad id prodest Christi studiosos co-
gnoscere, ut artes huius postea diligentius caueant ; quæ
uero turbarit, humana infirmitas, ut deinde se omnes ipsi
accuratius obseruent, et cōfirmando regēdosq; Christo
maiore studio addicant ; quæ autem Christi spiritus salu-
taria efficit, erūt ut ea religiose & ipsi excipiāt, & ad alios,
quo plurimis saluti sint, perferant. His de causis, ac
etiam ut occurrerem ijs, qui de actis horum Comitiorū
falsa iam sparserunt, & postea spargent, uisum est, quæ
quidē de religione his Comitijs acta & scriptis consigna-
tasunt, & ad manus meas peruenire potuerunt, omnia
ædere, adiunctis pauculis adnotationib; , quo & cer-
tius illa cognoscerentur, & ad ecclesię utilitatem melius
conuerterentur. Ea uero ideo me inscribere tuo nomini
uisum est, ut bonis fidem meam in hac editione citius ad
probarem, offerens omnia eius iudicio, qui in Concilio
Imperatoris, inter Imperatorij Concilij Principes præ-
sens omnia ita gesta esse cognoueris. Quod meum con-
siliū, & quod ista inuulgo, & quod sub tuo nomine,
æqui boniq; consulas, rogo. Nam eo quidē nihil aliud
spectaui, quam ut pīj ubique homines , maxime uero
Germani

PRAEFATIO.

Germani cognoscerent, quantū Deus beneficū ecclesīs per Imperatorē obtulerit, utqe eo aliquādo plenius proficiamur, alij precibus, alij etiā opera contenderent. Nā certū est, Germaniā saluā esse nō posse, nisi inter se consentiat, nec recte consensuram unque, nisi conciliata religione, quae conciliari & syncere constitui sanè nō poterit, propterea quod pauci sunt, quibus ea uere cordi sit, plurimi autē, quod bus, ea, quod questui aut luxui haberi nō possit, sit plane intollerabilis, nisi prius, ut his comitijs Imperat. sapientiss, instituerat, de generalibus, & necessarijs capitibus, tam doctrinę quod disciplinę Christianę conueniat. Ut enim in his minus est scrupuli, minus ambigui, eo quod clarissima & copiosiss, de his, cum in diuinis, tū etiā patrū scriptis testimonia extent, ita minus etiam plausibilē ab his prætextū minusque cause habere possunt, ipsj, qui ut reformationē administrationis amoliantur, quam morte peius horret, dogmatum controversias, quorum tamen nulla eos perse cura tenet, urgere solent. Ita cauendum etiam summo pere pijs est, ne ullos qui Christi sunt, Christumque uere in uocant, abiijcant, Christi societate exclusos. Quare & propter eos, qui iudicio Christi adhuc infirmiores sunt, nec quod in unoquocue, uel dogmate, uel ritu, aut Christianę religioni propriū, aut institutioni utilius sit, despicer posse sunt, necesse est, ut in multis alteri alteris ut sive sententiae ipsi rationem habeant, concedant, & stare eos, uel cadere suo domino permittant, modo de ipss consentiant, in quibus religio ipsa consistit. A ueteris enim Ecclesiæ simplicitate, atque puritate, uulgo nimis longe deflexum est. Et nos in hac parte plarique ita ad ueteris Ecclesiæ rationem, religionis administrationem reuocauimus, ut adhuc, nec, qui Christum in altera parte querunt, ad hanc simplicitatem sua comparare ualeant, nec nos ab ea recedere possimus. Communia igitur, & ad

PRAEFATIO.

fidei Christi plana necessaria, in primis constituenta erunt satisque nos ducere utrinque oportet, si utrincipq; ea amplectamur, quæ Christus Dominus ipse commendauit, & Apostoli tradiderunt, uetusque ecclesia, ut ad salutem necessaria obseruant, eaque corrigitur, quæ cum his consistere non possunt: ne scilicet in alienos seruos nimis acres iudices, aut nostra duritia causam cuiquam demus, ut pereat, pro quo mortuus est Christus. Si enim Dominus dederit, ut in ijs, quæ fidei in Christum coherent necessario, pia concordia coeat, breui & de reliquis ecclesiæ rebus omnibus, id statui poterit, quod ecclesijs maxime, & cōmodo & ornamento sit. Sed ut ecclesiarum conciliatio, nisi à necessarijs & communioribus initium fiat, iniri non poterit, ita cum ijs, illa solum tentanda est, qui uero Christi studio tenentur, & in cognitione, eorum, quæ Christi sunt aliquousque profecerunt. Nam qui cum domino non facit, is contra eum facit, qui non cum eo colligit, is dispergit, qui que adhuc carnales, & in Christo pueri sunt, solidum Christi cibum capere non possunt, nec ueteres utres nouum uitium continere.

Hanc itaq; cum Imperator rationem & moderationem, qua una profecto ecclesijs & patriæ cōsului potuit, & post hac poterit, religiose atque constanter in hisce comitijs secutus sit, opere preciū est, ut pīj cognoscant, quæ ea sit, quid etiam obstiterit, quod ea non plus effectū sit, quamquam non sit nihil effectum, nec parum etiam ad conficienda reliqua uia munita.

Certe si ueram istam ecclesiarum conciliandi rationē plerique satis agnouissent, nec Romanenses, qui dum imperent ecclesijs, restitui in eis uerā Christi disciplinā non sustinent, nec qui his, uel sui commodi gratia, uel nostri odio, uel quod & ipsi regno Christi restituto, cupitis

PRAEFATIO.

cupitis se frui posse diffidunt, addicti sunt, impedire potuerint, quo minus & inita iam esset religionis concordia, & factum aliquid reformationis initium.

Quam obrem ut legi à p̄is, quid his comitijs de religione actum, quidue, ne hæc causa rite perageretur, obstatiterit, ad id plurimum conseret, ut cum hæc causa repeatetur, quod nunc à filijs Dei peccatum est, facilius corrigitur, & quę modo per filios diaboli iniecta impedimenta sūt, cōmodius caueantur & auertantur. Qua de causa explicare etiam institui, quę insunt in articulis, tam conciliatis, quam non conciliatis: & ostendere, quid plane conuenerit, quidue controversum adhuc sit, & quantum, qua denique ratione & id, quod in aliqua uel rerum, uel uerborum controversia superest, in consensu libro tractatur. Nam qui de ijs, quorum consenso ecclesijs necessaria est, inter se conuenire non queant, iij uel alteri, uel utriusque Christi esse nō possunt, nec enim dissentire à se ipso, quo quicunque filij dei sunt, aguntur, sp̄itus potest. Multi de nobis uerentur, sic nos nostri ipsorum, & eorum, quæ semel amplexi sumus, utrique cepimus, studio teneri, ut etiam quę uere Christi sunt, nisi eiusdem prorsus loquendi formis efferantur, eademque ratione gerantur, agnoscere & probare non possumus. Sed ubi dominus dederit, & iustum agendi tempus, & eos tantum actioni adiungi, qui se approbare Christo studēt, re ipsa demonstrabimus, nos q̄libet multa adhuc infirmitate detineamur, nec in uerbis, nec in rebus quæ nostra sunt, scientes et prudentes querere. Idem merito nobis, & de alijs pollicemur, quoscumque non & doctrinę & uitę fructus, non esse oues Christi, non arbores plantatas à Patre cœlesti, conuincunt.

Quicqđ uero humanę imbecillitat̄, hoc est amoris nostri & ignorantias Christi adhuc adhæserit, id Spis

PRAEFATIO.

ritus Christi sedulo inuocatus , clementer depellet , & in omnem ueritatem inductos , idem faciet , ut sentire ita & loqui . Interim Dominus Iesus Imperatorem , expeditis negotijs , quæ à nobis nunc eum abstrahunt , quamprimum saluum reducat , submotisq; impedimentis , quæ ei obstiterunt in hac causa , sic suo regat spiritu , ut religione conciliata & instaurata in ipso utrique unum , uno eum corde & ore glorificemus . Ad quam rem , ut optimo principi , & consilio , & opera tua , ut soles , adesse possis , idem te quoque & tui similes omnes seruet , suoque spiritu magis atque magis impleat , ad gloriam nominis sui , & salutem ecclesiarum . Amen .

Argentorati . 4. Noī , Septēb. M. D. xl .

SCRIPTVM QVO IMPERA-

TOR ACTA COLLOQVII ORDINIBVS IM-

perij primum expendenda proposuit, ac sen-
tentia de conciliatis, & non conciliatis ar-
ticulis, rationeç reformationis insti-
tuendæ illos rogauit.

Nuictissimus Imperator, Dominus noster clementissimus nequaç dubitat Electores, Principes, & ordines reliquos Imperij, ho- rumque absentium legatos memoria tenere, quidnam initio istorum comitiorum, atque adeo in pri- ma actione proposuerit, ob quas præterea causas haec co- mitia sint indicta, ut denique cōsensu, & uoluntate ordi- num imperij ad conciliandos religionis articulos contro- ueros delecti sint eruditii aliquot uiri ab utraque parte, qui expensis & diligenter excussis articulis, in quibus no- dum conuenit, deliberarent, quanam ratione in his con- ciliatio, & concordia inueniri posset ac constitui. Ita ta- men, ut quicquid actum aut transactum per eos delectos collocutores fuisse, id citra fraudem ac præiudicium utriuscç partis referretur ad Cæf. Maie, Electores, Prin- cipes, cæteroscç imperij ordines, qui deinde eo commo- dius de omnibus statuere & iuxta decretum Haganoen- se eadem legato pontificio communicare possent.

Delecti col-
locutores

Quid nego-
gocij datū
collocuto-
ribus

Vt igitur delecti collocutores modum, & certā ratio- né haberent ordine procedendi in sua collocutione, Cæ- sa. Maiest. collocutoribus offerri curauit librum à uiris quibusdam eruditis & pijs (tales enim à fide dignis sive liber ab Im- Maiestati commendati sunt) conscriptum, in quo media, perat. obla- & uiæ continerentur conciliandi articulos, qui in contro- tus colloc- uersia sunt. Cōmisit aut Cæf. Maiestas ut in presentia eo= toribus

rum

PROPOSITA ORDINIBVS IMPER II

Ratio col-
loquij

rum, quos pr̄sidentes et auscultatores ordinauit, liber per capita legeretur, quo sic omnia quæ ad concordiam mo- menti aliquid haberent, consignari possent: contrà uero, si quid occurreret, quod non uideretur admittendum, aut recipiendum, id corrigerent, ac emendarent. Porro ubi omnia hæc essent correcta, Cæs. Maiestatem scripto certiorem facerent de omnibus, quæ uisa collocutoribus fuissent.

Officium collocuto-
rum.

Plures &
principi
articuli cō
ciliati.

Articuli
protestatiū

Huic commissioni Cæs. Maiest. collocutores morem gerentes, omnem operam pro uirili sua impenderunt, ut articulî, & numero plures, & præcipui, in quibus inter partes ante non conuenerat, conciliarentur: ea tamen lege, ut penes Cæs. Maiestatem, et ordines imperij facultas esset ratam faciendi conciliationem huiusmodi, aut minus. Cæterum quod ad reliquos nondum conciliatos attinget, protestantium collocutores, suam sententiam & concilium, separatim ut exponerent, ac Cæs. Maiestati offerrent, ab eadem Maiestate petitum est.

Omnia itaq; à prædictis collocutoribus utriusq; par-
tis, ut Cæsa. Maiestas cōmisit, sunt facta: & que uideban-
tur emendanda correcta sunt, utrorumq; sententia Cæsa.
Maiesta. oblata est, simul etiam indicatum, in quibus ar-
ticulis nondum plene consenserint, esse tamen ipsis collo-
cutoribus spem. Cæs. Maiestatem unâ cum Electoribus,
principiis, & cæteris Statibus cogitaturam, & inuen-
turam auxilio Dei omnipotentis media ac uias concilia-
di etiam reliquos articulos nondum conciliatos. Rogarēt
deniq; suppliciter Cæs. Maiestatem boni consulere uel-
let ipsorum collocutorum operam, & diligentiam, quam
huic rei impendissent.

Iam uero cum Cæsa. Maiestat. uoluntas, & consilia semper respexerint, hodiernocq; die respiciant, ut istud negotiū præcipue ad Dei gloriā, & totius Christianitatis,
maxime

ACTIS . COLLOQVII.

maxime uero oīm ad sacri Ro , imperij tranquillitatē , & unitatē decidat , quo semel pernicioſa iſta in religione difſensio tollatur ē medio , & quicquid hinc detrimenti acci-
dere potest , precaueatur , clementer & ſerio roga ac obte-
ſtatur ſua Maieſtas , Electores , Principes & cæteros ordi-
nes imperij , ut iuxta ea , quæ ſua Maieſt , initio horum co= *Imp. roga*
mitiorū proposuit , ipſi omnes & ſinguli , nō minorē dili- *ſententiam*
gentiā ac ſtudium , q̄ ſua Ma. fecit , adhibere uelint , & li= *de actis col-*
brum cum articulis protestantium accurate expendere , *loqui*
idq̄ primo quoq̄ tempore ſuas deniq̄ ſententias ac con-
ſilia ad Cæſ. Maieſtatem referre . Neq̄ uero ſolū delibe-
rare de articulis conciliatis , ſed & de alijs nondū concilia-
tis inter ſe consultare , pro conditione & neceſſitate rerū ,
quantū ipſis utile & expediens uifum fuerit , ut ſic incom-
moda plurima uitari poſſint . Præterea quomodo , & qui= *Dereform*
bus rationib⁹ grauiſſimi abuſus , qui paſſim obtinuerūt *matione* ,
non tam in ecclesiastico q̄ ſeculari Statu , tollantur , atque
christianā reformationem accommodari poſſint omnia ,
quemadmodum id ſummaneceſſitas expoſit .

Petitaūt Cæſ. Ma. ut Electores , Principes , & reliqui or-
dines , ſine omni mora ad huiusmodi opus adeo ſanctū
& neceſſarium , ſeſe accingant , ſuaq̄ de his rebus conſilia
bona fide Cæſ. Maieſt . communicare uelint , ad quā rem
ultrō propenos Status Imperij Cæſ. Ma. nihil dubitat .

Offert poſtremo Cæſaris . Maieſtas , ut et antea fecit ,
ſenihil intermiſſurā , neq̄ parſuram ulli diligentiaē aut la-
bori , ut ad felicem ac ſalutare finem deducantur om-
nia , ſperans etiam Pontificis Rom. Legatum fa-
cturum , quicquid ad hanc rem expedi-
re uifum fuerit .

170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000


CATALOGVS OMNIVM, quæ hoc Libro tractantur.

Propositio Imperatoris Caroli. V. qua Ordinibus Imperi rj Acta Colloquiū dēliberanda commendauit.	i
Liber ab Imperatore propositus ad rationem concordiae ineundam, in controversijs religionis.	ii
Articuli Protestantū super ihs articulis compositi, à quib bus dissentiebant, uel quos non poterant simpliciter, aut totos recipere.	iii
Responsum Principum & Statuum Protestantium, quo Imp. Mai. sententiam suam, de conciliatis, & non con ciliatis in Colloquio articulis rogati, exposerunt.	78
Responsum Protestantium, de reformandis abusibus Ec clesiaſticis, Imp. Maiestati datum.	v
De iisdem abusibus Ecclesiasticis emendandis altera in dicatione.	vi
Ordines Protestantium.	vii
Quid alij Electores atq; Principes Imp. Maiestati de Li bro & actis Colloquiū responderint.	viii
Responsum primū Electorū & Principū alterius partis, datum Imp. Maiestati de actis Colloquiū.	ix
Responsum Legati Pontificij, de actis Colloquiū, Imp. Maiestati datum.	x
Scriptum Legati, in quo commemorat, quid cum Episco pis egisset de reformatione morum.	xi
Responsio ad scriptum publicatū à Card. Cōtareno.	145. XII
Sententia Imperatoris de ineunda cōſenſione religionis, & faciendo reformationis initio, deliberationi Electro rum Principum, & omnium Statuum proposita.	146. XIII
Responsum Principum Electorum, datum Imp. Maie. ad propositam ab eo deliberationem, de conclusione	xiv

A

- & decreto in causa religionis faciendo. 153
- xv Responsum Principū, qui Rom. Pontificem agnoscunt,
datum Imp. Maiestati ad propositā de religionis ne-
gotio deliberationem. 157
- xvi Responsum Electoris, aliorumq; Principū & Statuum
Protestantium, ad propositam ab Imp. Maiestate deli-
berationē, de decreto faciendo in causa religionis. 180
- xvii Scriptum Legati Pōtificij ad Ordines Imperij, Ne quid
statuant de nationali Synodo. 185
- xviii Responsio Ordinum Imperij ad hoc scriptū Legati. 187
- xix Admonitio ad Legatum Ponti., de eo quod ad Ordines
Imperij scripsisset, Non licere in Synodo Nationali
determinare controversias fidei, & Pontificem Rom.
esse caput Ecclesiæ & Conciliorum. 189
- xx Testimonium Iohan. Eccij de Libro, ab Imperatore Or-
dinibus Imperij ad excutiendum oblato, & in Collo-
quio ab eo maxima ex parte comprobato. 199
- xxi Supplicatio Clarissimorum virorum D. D. Iulij Pflug,
& Iohan. Gropperi Collocutorum, aduersus calum-
niam Collegæ sui Eccij. 200
- xxii Testimonium Imp. Maiestatis, de fide & integritate, atq;
pia diligentia D. D. Iulij Pflug, & Iohan. Gropperi, in
Colloquio præstata. 206
- xxiii Decretum & Edictū Imperatoris, de reformatione Epis-
coporū, & totius administrationis Ecclesiastice. 209
- xxiv Abusuum Ecclesiasticorum, & rationis, qua corrigere
eos oporteat, indicatio, Imp. Maiestati postulanti exhibita. 214
- xxv ACTA

ACTA COLLOQVII IN CO-
MITIIS IMPERII RATIS-
ponæ habiti.



VM IMPERATOR IN
VICTISSIMVS EX ACTIONE VVOR-
matiensi comperisset, uias concordiae Chri-
stianæ non facile per multos inueniri posse, decreuit Ra-
tisponæ paucos ex utraq; parte ad hoc negocium depu-
tare. Quod consilium cum Statibus Imperij approbas-
set, & ut sibi permetterent deligere ex utraq; parte, quos
idoneos existimaret, ad Colloquium, qui rationem &
uiam contouerstas religionis primum componendī, cō-
muniter inquirerēt, persuasisset, deputauit Collocutores
ab altera parte Clarissimos uiros, D. Iulium Pflug, D.D.
Iohannem Gropperum & Eccium: à nostra uero, D. Phi-
lippum Melanchthonem, Iohannem Pistorium, & me.
Quibus (grauiissima admonitione præmissa, ut nihil,
quam gloriam Dei, & Ecclesiæ ædificationem specta-
rent) commisit, ut uias Christianæ consensionis in do-
ctrina & disciplina, quanto possent studio, inquirerent:
quo uero commodius id facerent & certiore ordine, Li-
brum eis, quem communiter excuterent, proposuit eum
qui paulo post subiicitur. Colloquio præfecit Illustris-
simum Principem, Friderichum Palatinum, & Illustrēm
D. de Granuela. Auditores & testes dedit, ab altera par-
te, Illustrēm D. Theodorichum, Comitem à Mander-
scheid, Nobilem uirum Marestallum Moguntinum, &
Clarissimum uirum D. Cancellarium Illustrissimi Prin-
cipis Electoris Palatini: à nostra, Clarissimos uiros, Can-

cellarium Principis Electoris Saxoniæ , Cancellarium
Hassia, & Nobilem D. Iacobum Sturmum, senatorem
& Legatum Argentorateñ . Cum itaq; Colloquium fi-
nitum esset , & Imp. Maiestati à Collocutoribus
Acta Colloquiū oblatā, Imperator operam Col-
locutorum gratam habens, Acta Statibus
Imperiū ad deliberandum proponi
fecit, scripto quod
sequitur.

Scriptum

SCRIPTVM, QVO IMPERA-

TOR ACTA COLLOQVII ORDINIBVS IM-

perij primum expendenda proposuit, ac sen-
tentia de conciliatis & non conciliatis ar-
ticulis, rationeque reformationis insti-
tuendae, illos rogauit.

SNiueissimus Imperator, Dominus noster clementissimus, nequaquam dubitat Electores, Principes, & ordines reliquos Imperii, horumque absentium Legatos memoria tenere, quidnam initio istorum Comitiorum, atque adeo in prima actione proposuerit: ob quas praeterea causas haec Comitia sint indicta, ut denique consensu & uoluntate ordinum Imperij, ad conciliandos religionis articulos controuer-
sus, delectis inter eruditum aliquot viri ab utraque parte, qui ex
pensis et diligenter excusis Articulis, in quibus nondum
inter Status conuenit, deliberarent, quam ratione in his
conciliatio, & concordia inueniri posset ac constitui: ea tamen
lege, ut quicquid actum aut transactum per eos delectos Collocutores fuisset, id citra fraudem ac praejudicium
utriusque partis, referretur ad suam Imp. Maiestatem, Elec-
tores, Principes, ceterosque Imperii ordines: qui deinde
eo commodius de omnibus statuere, & iuxta decretum
Haganoense, eadem Legato Pontificio communicare
possent.

Vt igitur delecti Collocutores modum, & certam ra-
tionem haberent, ordine procedendi in sua collocutione,
Imp. Maiestas, offerri eis curauit Librum a viris quibusdam
eruditis & piiis (tales enim a fide dignis suae Maiestatis
commendati sunt) conscriptum, in quo media & utique conti-
nentur conciliandi articulos religionis, qui in controuer-
sia sunt: commisitque ut in presentia eorum, quos preside-

Delecti collo-
cutores.

Qui negotijs
darum colloc-
cutoribus.

Liber ab Im-
per. oblatus
Collocutori-
bus.

A iii

PROPOSITA ORDINIBVS IMPERII:

Ratio colloqui
et auscultatores ordinavit. Libet per capita legeretur
quod sic omnia quae ad concordiam momenti aliquid ha-
berent, consignari possent: contra uero, si quid occurre-
ret, quod non uideretur admittendum, aut recipiendum.
Officium collatorum. id corrigerent, ac emendarent; cumque omnia haec essent
confecta, Imp. Ma. suā scripto certiorem facerent de om-
nibus, quae uisa ipsis & communiter comprobata essent.

**Plures & pre-
cipui articuli
conciliati.** Huic commissioni Imp. Mai. Collocutores morem
gerentes, omnem operam pro uirili sua impenderunt, ut
Articuli, & numero plures, & præcipui, in quibus inter
partes ante non conuenerat, conciliarentur: ea tamē lege,
ut penes Imp. Maiestatem, & ordines Imperij facultas
esset ratam faciēdi cōciliationem huiusmodi, aut minus.
**Articuli pro-
testantianus.** Ceterum quod ad reliquos nondum conciliatos attinet,
in Protestantium Collocutores, suam sententiam & con-
silium, separatim exponerent, ac Imp. Maiestati offer-
rent, ab eadem Maiestate petitum est.

Omnia itaque à prædictis Collocutoribus utriusque par-
tis, ut Imp. Maiestas commisit, sunt facta: quae uideban-
tur emendanda correcta sunt, utrorumque sententia Imp.
Maiestati oblata est, simul etiam indicatum, in quibus
articulis nondum plene inter se consenserint: esse tamen
ipsis spem Imp. Maiestatem unā cum Electoribus, Prin-
cipibus, & cæteris Statibus facile excogitaram, & in-
uenturam auxilio Dei omnipotentis, media ac uias con-
ciliandi etiam reliquos articulos nondū conciliatos: roga-
runtque denique Imp. Maiestatem suppliciter boni cōsulere
uellet ipsorum operam et diligentiam, quam huic rei im-
pendissent.

Iam uero cum Imp. Maiestatis uo'untas, & consilia
semper eō respexerint, hodieque respiciant, ut istud nego-
tium præcipue ad Dei gloriam, & totius reipub. Christi-
anæ, maxime uero omnium ad sacri Rom. Imperij tran-
quillitatem

DE ACTIS COLLOQVII.

quillitatē et unitatē decidatur, quo semel punitioſa ista
in religione diſſenſio tollatur, & quicquid hinc detrimen-
ti accidere potest, præcaueatur, clementer & ſerio roga-
t ac obteſtatur ſua Maiestas, Electores, Principes & cæ-
teros ordines Imperij, ut iuxta ea, quæ ſua Maiestas ini-
tio horum Comititorum proponuit, ipſi omnes & ſingu-
li, nō minorem diligentiam ac ſtudium, quam ſua Maie-
ſtas fecit, adhibere, & Librum cum articulis Protestantiorum,
accurate expendere uelint, idq; primo quoq; tempore:
ſuas denique ſententias ac consilia ad Imp. Maiestatem
reſerre. Necq; uero ſolum deliberare de Articulis concili-
atibus, ſed & de alijs nondum conciliatis, quo & illi pro
conditione & neceſſitate rerum, quantumq; ipſis utile &
expediens uifum fuerit conciliari, et ſic incommoda plu-
rima uitari poſſint. Preterea quomodo, et quibus rationi-
bus grauiſſimi abuſus, qui paſſim obtinuerunt, non tam
in Eccleſiaſtico quam ſeculari ſtatū emendari, cuncta q;
ad Christianam reformationem accommodari poſſint;
quemadmodum id ſumma neceſſitas expoſcit.

Petit autem Imp. Maiestas, ut Electores, Principes,
& reliqui ordines, ſine omni mora ad huiusmodi opus
adeo ſanctum & neceſſarium, ſeſe accingant, ſuaep de
hiſ rebus consilia, ſuæ Maiestati communicate uelint, ad
quam rem ultro propenos Status Imperij, nihil dubitat,

Offert poſtremo Imp. Maiestas, ut & antea fecit, ſe ni-
hil intermiſſuram, nec ulli parsuram diligentiae aut labo-
ri, ut ad felicem ac ſalutarem finem deducantur
omnia, ſperans etiam Pontificis Rom. Le-
gatum facturum, quicquid ad han c rem.
expedire uifum fuerit.

CAPITA LIBRI AB IMP. MAI. PROPOSITI.	pagina.
De conditione homini <i>s</i> , & antelapsum naturae integritate	ibidem
De libero arbitrio.	3
De causa peccati.	4
De originali peccato.	9
De iustificatione hominis.	12
De Ecclesia & illius signis ac authoritate.	14
De nota uerbi.	15
De pœnitentia post lapsum.	16
De authoritate Ecclesie in discernenda & interpretanda scriptura.	20
De Sacramentis.	25
De Sacramento ordinis.	ibidem
De Sacramento baptismi.	27
De Sacramento confirmationis.	29
De Sacramento Eucharistie.	30
De Sacramento pœnitentie seu absolutionis.	31
De Sacramento Matrimonij.	32
De Sacramento unctionis infirmorum.	33
De vinculo charitatis, que est tertia Ecclesiæ nota.	34
De Ecclesiæ Hierarchico ordine, & in constituenda politia authoritate.	35
Dogmata quædam, quæ Ecclesiæ authoritate declarata, firmata sunt.	39
De cultu & memorijs sanctorum.	ibidem
De reliquijs sanctorum.	41
De imaginibus.	42
De Missa.	43
De usu & administratione sacramentorum, ex ceremonijs quibusdam specificatim.	47
De administratione Missæ.	ibidem
De Sacramento Eucharistie integre dispensando.	48
Quæ lingua sacra exhibenda.	49
De antiquis ritibus in sacris.	50
De disciplina Ecclesiastica.	ibidem
De disciplina populi.	55

LIBER AB IMPERATORE CA-
ROLO V. PROPOSITVS, AD RATIONEM CON-
cordiae ineundam, in controuersijs religionis.

DE CONDITIONE HOMINIS,
& ante lapsum naturæ integritate.

DE V Shominem ad imaginem & similitudinem suam condidit: Genesis 1. Non in corpore quidem, quanquam & illud dedit mirifice ornatum, & diuinis usibus appositum, sed in mente, quam intellectus & uoluntatis uiribus praeditam, secundum seipsum uirtute uestiuit, id est arbitrij libertate, sapientiae luce, & innocentiae pulchritudine quadam, ac participatione sua diuinitatis gratuita mirifice decorauit. Eccle. 17. & Eccle. 7. ut esset in laudem gloriae ipsius, ad Ephe. 1. In hac imaginis & similitudinis integritate constitutus homo, in intellectu ueram ac uitiam Dei sui archetypi notitiam, & rectum de rebus iudicium, in uoluntate uero ardenter erga Deum amorem & obedientiam, quæ in eo tamen sensim crescere debant, possidebat. Eccle. 17. Psalm. 8. Genesis. 2.

De libero arbitrio.

ET quoniam Deus homini arbitrij libertatem indidit, ad iecit quoque mandatum, relinquens illum in manu consilij sui, ut si uellet, posset per acceptam & assistentem gratiam, & uim spiritus sancti, mandatum seruare, & imaginem, in qua conditus erat, incontaminatam custodire, sin nollet, gloriam & honorem suum uoluntaria corruptione amittere, & ui-

B

LIBER PROPOSITVS

tam æterna morte commutare. Eccle. 15. Hec arbitrij libertas,
quæ erat in omnibus nobis, si non cecidisset Adam, futura,
nunc post peccatum aliter se habet in lapsu, ante reparatio=
nem, aliter post reparationem, aliter denique post glorifica=
tionem.

II De libertate ante lapsum scriptum est, ante hominem uita
Libertas & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dab' illi, quem
integrati nihil in natura sua impeditiebat, ut faceret bene, nihil impelle-
bat, ut faceret male. Eccle. 17. Verum huiusmodi concreata li-
bertas faciendi boni, & continendi se à malo, per hominis la-
psum est amissa, sola libertate à coactione retenta, quæ tam est
in malis, quam in bonis, de qua dictum est. Quoties uolui cō
gregare filios tuos, & noluisti. Matthei 23. Inefficax quidem
ad inchoandam & efficiendam iustitiam ueram, & opera co-
ram deo bona, sicut scriptum est, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. 1. Cor. 2. Et iterum. Sensus carnis
inimicitia est aduersus deum. Legi enim dei nō est subiecta,
**ac ne potest quidem subiisci. Rom. 8. Valens tantum ad effici-
enda opera externa, & uitæ præsentis, tam bona quam mala.**
nam quod ex fide non sit, peccatum est. Rom. 14. Vnde Au-
gustinus in præfatione Psal. 31. Neque bona opera, inquit, ap-
pellauerim, quæ non de radice bona procedunt.

III De libertate uero post reparationem, Christus dixit. Si si-
libtas accepta gratia. lius uos liberauerit, uere liberi eritis: Ioan. 8. Et Paulus ad
Rom. 8. Lex enim spiritus uitæ liberum me reddidit à lege
peccati & mortis. Hæc nobis per filium, opificio spiritus
sancti, restituitur & conseruatur. iuxta illud Christi. Sine
me nihil potestis facere. Ioan. 15. Et illud Pauli. Spiritus ad-
iuuat infirmitatem nostram, quo à seruitute peccati libera-
muri, & serui iustitiae efficiuntur, quemadmodum dixit Apo-
stolus, liberati à peccato, serui facti estis iustitiae. Quæ pro-
pterea vocatur libertas à peccato.

Denicq

AD COMPOSITIONEM RELIGIONIS.

3

Denique libertate post glorificationem, quæ est liber- III
tas ab omni errore iudicij, & prava concupiscentia, ait Apo- Libertat
stolus, quod Deum tunc videbimus, sicut est: & ei perfecte accepta
adhærebimus, imo Deus erit omnia in omnibus. gloria.

Et quia per redēptionem quæ est in Christo Iesu uere v
liberi efficiuntur, ut iam in eo omnia possimus qui nos con- Facultas
fortat. Philip. quarto. Idcirco hæc libertas in concionibus boni à
ad populum magnis encomijs celebranda est, ut populus in= Christo.
telligat, quid in Christo sit adeptus, & quod ad gratiam, quæ
est in Christo Iesu, attinet, possit nunc se continere à peccato, Malleū pro
obedire deo, & facere eius mandata, & quod huc adiuuan- testantes
te spiritu, summo studio contendere debeat, quemadmo- sic posse
dum facit Apostolus. Peccatum, inquit, uobis non domi- nunc resistere
nabitur, non enim sub lege estis sed sub gratia. Gratia autem re peccato
dei uita eterna in Christo Iesu domino nostro. Romanorū & prestare
sexto, & 2. Corinth. 6. Aduiantes, inquit, adhortamur ne re inchoare
in uacuum gratiam dei receperitis. Sic enim gloria Christi, & tam obediens
abundantia ac uis gratie, & doni iustitiae, quod per eum reci- entiam.
pimus, Romanorum quinto, commendantur. Etsi interim
etiam diligenter inculcandum sit, tantam adhuc in nobis ad
bonum infirmitatem, & ad malum inclinationem remanere,
quæ illam uim spiritus remoretur, & prauas cupiditates
gignat, impellatque ad ea facienda, quæ non uolumus. Ga-
latas quinto. Ut nemo sit in hac uita sine peccato, primo Io-
hannis primo. Quo magis à Christo pendendū est, & timo- Nemo in
re, & tremore in hac uita uersandum, atque studendum, ne hac uitafia
unquam desimus gratiæ dei. Heb. 12. neue contristemus spi- ne peccato
ritum sanctum, in quo obsignati sumus in diem redemptio- nis. Ephesi, quarto.

De causa peccati.

B ij

LIBER PROPOSITVS.

CAUSAM peccati constat esse malam voluntatem, diabolū & hominis, se à deo auertentem, quæ malitia voluntatis non à deo, sed ex diabolo et nobis est. Sicut Christus ait. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur.

Inuidia itaque diaboli mors introiuit in orbem terrarum Sap. 2. & per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. Rom. 2. Quod factum est, cum Adam auctu diaboli circumuentus, fidem uiuam & amorem dei perdidit, & horum loco, sui fiduciam & amorem imbibit. Gene. 3.

De originali peccato.

I **P**Ecatum itaq; originale dicimus esse parentiam, seu defectum originalis iustitiae, debitæ inesse. Originalem uero iustitiam intelligimus, esse in gratia dei, & imaginem illam & similitudinem dei habere, ad quam conditi sumus, & quæ spiritum sanctum, & ex hoc notitiam dei, & amorem complectitur: cuius defectus sunt, desitutio gratia, & spiritu dei, seu ut Paulinus uerbis utamur, incredulitas & inobedientia. Rom. 3. Gal. 3. & Rom. 5.

II **C**oncupiscentiam uero intelligimus, esse corruptionem, & inordinatam dispositionem uirium humanaꝝ, seu uitiosam inclinationem in malum, quæ & ob id lex membrorum, lex peccati, & peccati quoq; appellat. Ro. 7. Cauendum igit ne regnet peccati in mortali corpore uestro. Ro. 6. Ad rationē itaq; peccati originalis, utrūq; simul & cōiunctim regimus, utputa, & defectum originalis iustitiae debitæ inesse, & concupiscentiam seu uitiosum habitum, qui iunctus huic parentiae, non potest non prodire in omne genus peccati actualis, in non renatis, in quibus diabolus efficax est. Eph. 2.

III Diserte autem discernimus peccatum originale, ab actuallī, sic, ut originales dicamus consistere in uera parentia iustitiae origine.

AD COMPOSITIONEM RELIGIONIS.

5

Originalis habente coniunctum uitiosum habitum, inclinans ad peccatum. Verum quicquid est praeter illam carentiam, & habitum uitiosum in nobis peccati, quod in actum aliud peccatum.^{Actuale peccatum.} quem erumpit, siue id fiat cogitatione, siue locutione, siue exterioro opere, siue actus operis, siue debiti omissione, auctualem uocamus.

Peccatum ergo originale secundum suam propriam rationem acceptum, prout distinguitur radix a fructibus, per Adam Peccatum in omnem posteritatem pertransiit & in morte regnauit. Ro. orig. omni. 5. Fitque nobis omnibus nascentibus sola propagatione primum, sicut dicit Apost. Rom. 9. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid mali egissent &c. Item Rom. 5. regnauit mors ab Adam, etiam in eos qui non peccauerunt. Et tamen uerum est, quod haec nuda carentia iustitiae debitae, habens annexum uitiosum habitum, res est, seu peccatum dignum morte. Quia Deus in homine hoc peccato oppresso, non uidet imaginem condamna suam, hoc est, sui notitiam, & amorem. Et proinde nascimur tunc. omnes natura filii irae Ephes. 2. Adeo ut ne infantes quidem, qui nec dum renati deceidunt, ab hac damnatione, quae in carentia diuinæ uisitiois & lucis constituta est, sint immunes.

Tametsi enim in nobis nascentibus adhuc uestigium quod=dam imaginis dei reliquum sit, quod lumen naturæ appellamus, quo etiam in qualem cuncus dei cognitione assurgimus, quia tamen hoc uestigium admodum exile est, ob contaminationis gravitatem, fit, ut Deus id ipsum non agnoscat, nam ad faciendam spiritualem & ueram iustitiam omnino est inefficax, etsi ad condemnandos iustitiae Dei non subiectos sufficiat. Rom. 1.

Dissoluitur autem hoc originale peccatum per lauacrum regenerationis, & renouationis in uerbo uitæ, per meritum passionis Christi. Ephe. 5. Nam baptismo reatus mali huius peccati per meritum Christi dissoluitur, & gratia Dei restituitur, tum orig.

B in

LIBER PROPOSITVS

etiam concupiscentiae uis reprimitur, donato spiritu Christi,
qui nouos, & sanctos in homine motus excitat, sicut docet
Apostolus. Rom. 5. Sicut per unius delictum, propagatum
est malum in omnes homines, ad condemnationem, ita &
per unius iustificationem, propagatur donum in omnes ho-
mines, in iustificationem uitæ. Quemadmodum per inobe-
dientiam unius, peccatores multi constituti sumus, sic per
unius obedientiam multi iusti constituentur. Rursus capi,
sexta. Consepulti sumus ipsi per baptisma in mortem, ut quæ
admodum Christus est excitatus a mortuis per gloriam pa-
tris, sic & nos in nouitate uitæ ambulemus.

VII Proinde & si post Baptismum in renatis remaneat materi-
ale peccati, hoc est, concupiscentia, grauis certe infirmitas,
& radix omnis amaritudinis: formale tamen: quod reatus
est, auferitur. Nam eo per Baptismum soluti, Christo induiti
sumus, atque ad imaginem filij Dei, saltem inchoatam re-
formati. Sicut dixit Apostolus. Qui tradidit semetipsum
pro Ecclesia, ut eam sanctificaret, mundatam per lauacrum
in uerbo. Ephe. 5. Quicunque in Christo baptisati estis, Chri-
stum induistis. Gal. 3. Idcirco propter meritum passionis
Christi, & Christum ipsum habitantem in sanctis, reliquum

Vnde quod
peccatum
orig. nō im-
putatur. huius mali non imputabitur in peccatum. Neque est pecca-
tum, quod eos ullo reatu, qui propter Christum sublatus est,
obstringat, donec in aliquem actum, uel cogitationem, uel
concupiscentiam erumpit, uel in actus debitæ omissionem.
iuxta illud. Nihil ergo damnationis est ijs, qui sunt in Chri-
sto Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim
spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati et mor-
tis. Rom. 8.

VIII Vnde Augustinus recte utitur his loquendi formulis.
Reatus ille nascendo contractus, renascendo dissoluitur.
libro de spiritu & litera. Item, contra Julianum libro secun-
do

do. Lex ista, inquit, peccati, quæ in membris est corporis mortis huius, & remissa est generatione spirituali, & manet in carne mortali, remissa, quia reatus solitus est sacramento, quo renascuntur fideles. Item, omni reatu caret baptizatus. Rursus omni reatu omnium malorum caret baptizatus. Praeterea ad Bonifacium scribens, Baptisma, inquit, omnem dat indulgentiam peccatorum, & aufert crimina, non radit. Et in hanc sententiam alia plurima sanctus ille Episcopus scripsit. Itaque docendum est cum Augustino diligenter, Legem illam peccati, & relictam in sanctis concupiscentiam, si ex senillum fructum malum ædit, non esse peccatum, quod adhuc eos reatu aliquo teneat, omnis enim reatus eius per Christum sublatius est.

Ceterum eodem Augustino authore, agnoscendum quoq; IX & docendum est, quod Apostolo malum hoc vocetur peccatum. Neque id solum, quia à peccato inuestum sit, sed etiam peccati origine, quia ad peccatum inclinat, & ei inest inobedientia contra dominum ginalis, unminatum mentis. Nam idem vir Dei libro quinto capite 3. de peccatis contra Iulianum sic scribit. Concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit spiritus, & peccatum est, quia illi inest inobedientia contra dominatum mentis, & poena peccati est, quia redditum est meritis inobedientis, & causa peccati, est defectio consentientis, uel contagione nascentis.

Et aduersus eundem Iulianum libro secundo. Quamvis X inquit, iam non eodem modo appelletur peccatum, quo facit reum, sed quo sit reatus primi hominis factum, & quo rebelando nos trahere ntitur ad reatum, nisi adiuuet gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum, ne sic etiam mortuum peccatum, rebellet, ut uincendo reuiuiscat, & regnet.

Statim uero ubi in aliquem uitiosum actum, quales sunt, XI contemnere, seu odisse iudicium dei, & eius promissis diffidere Motus ori, ginalis pecati.

L I B E R P R O P O S I T V S.

8. **dere**, fremitē aduersus deum, & similes etiam longe minorē res motus, quibus qualiscunq; accedit, aut delectatio, aut assensus, aut tolerantia, erumpit, seu ebullit, sit in nobis actuale peccatum, quod indiget noua remissione, seu non imputatione. Et quia tanta est nostra infirmitas, & tam foecunda illa radix amaritudinis, quae in nobis superest, non fit quia succumbamus subinde concupiscentiae, quin radix illa amaritudinis amaros fructus, hoc est, neglectum dei, & peruersas appetitiones, identidem proferat.

xii Ideo necesse est, ut omnes sancti, quamdiu sunt in hac vita, dicere opus habeant, dimitte nobis debita nostra &cæ. Semper o= Item, si dixerimus quia peccatum non habemus &c. Differt randa re= itaq; concupiscentia, quæ est in non renatis, à concupiscentia peccati, quæ est adhuc in renatis: quod illa coniunctum habet reatum mortis æternæ, ab hac autem renatorum concupiscentia, hic reatus per Christum sublatus est, illa post se uiolenter corripit impium, contra hanc dimicant fideles, eamq; mortificant: Illa reprobis est materia ruinæ, hæc Sanctis exercitium humilitatis & fidei. Quoniā igitur reatus ablatus est, & concupiscentia superest, quæ contra spiritū perpetuo exurgit: ideo in concionibus ad populum utrumque hoc populo diligenter exponendum est. Primum, ut fideles beneficium gratiæ Christi recognoscant, ac prædicent in eo, quod hoc malo Deus non imputat: Deinde ut agniti probeçp considerata tanta infirmitate, quæ superest, se totos sanandos Christo medico iudicis plenius permittant & offerant: cumque ne illicita desideria in se existant sancti uelle quidem debeant, (& si, dum sunt in corpore mortis huius, id non obtineant) in iugi poenitentia & precatione ueniæ perseverent. Postremo ut cogitent, cum quanto & quali hoste domestico sibi sit pugnandum, ut studiosius opem spiritus domini semper implorent, & uigilandum in standumque sibi sciant, quo carnem suam

AD COMPOSITIONEM RELIGIONIS.

9

Niam cum uicijs & concupiscentijs suis, crucifigant & mortificent.

Contra uero non minore studio, uis gratiae, in baptismo accepte, magnifice celebranda est, atque adeo docendu, hanc esse maiorem, modo fide exerceatur, quam est residua haec nostra infirmitas; et quod ea infirmitas & uiciositas crucifigi, & mortificari possit, usq; ad plenam uictoriā in futuro seculo, iuxta il lud. Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in carne, ut iustitia legis adimpleretur. Item. Fratres non sumus debitores carnis, ut secundum carnem uiuramus. Item. Quicunq; spiritu dei aguntur, ij sunt filij Dei. Rom. 8.

De iustificatione hominis.

NVlli Christiano dubitandum est, post lapsum primi parentis omnes homines, ut inquit Apostolus, nasci filios irae, & inimicos dei, eoq; in mortem & seruitutem ire. Omnes filii

Item nulli Christiano ambigendum est, nullum hominem posse deo reconciliari, itemq; liberari à seruitute peccati, nisi per Christum unum mediatorem dei & hominum, per cuius gratiam, ut inquit Apostolus ad Romanos, non tantum reconciliamur Deo, & liberamur à seruitute peccati, sed etiam efficiuntur consortes diuinæ naturæ, & filij Dei.

Item perspicuum est, quod adulti non consequuntur haec beneficia Christi, nisi præueniente motu spiritus sancti, quo Motus spiritu eorum mens & uoluntas mouetur ad detestationem peccati. ritus. S. ad nam impossibile est, ut inquit Augustinus, nouam uitam in= detestanda choare, nisi prioris nos paeniteat. Item Luce ultimo. Christus peccata. iubet predicari in nomine suo paenitentiam & remissionem peccatorū. Iohannes etiam Baptista missus ad parandas uias domini, predicauit paenitentiam, inquiens, Paenitentiam agi

C

te, appropinquat enim regnum cœlorum . Deinde à spiritu
Motus sibi sancto mouetur hominis mens in Deum per Christum . Et
ritus sibi ad hic motus est per fidem , per quam hominis mens certo cre-
credendū. dens omnibus , quæ tradita sunt à deo , etiam certissime & si-
 ne dubio adfentitur promissionibus nobis exhibitis à deo ;
Que credenda. qui , ut dicitur in Psalmo , Fidelis est in omnibus uerbis suis :
 & ex eo fiduciam capit propter promissionem dei , qua polli-
Que fide percipiuntur. citus est se remissurum peccata gratis , & adoptaturū in filios
 credentes in Christum , eos , inquam , quos prioris uitæ poe-
 nituerit , & hac fide erigitur in deum à spiritu sancto . Ideoç
 accipit spiritum sanctum , remissionem peccatorum , imputa-
 tionem iustitiae , & innumerabilia bona .

III Firma itaque est & sana doctrina , per fidem uiuam & effi-
Iustificari per fidem. cacem iustificari peccatorem . Nam per illam deo grati & ac-
 cepti sumus propter Christum . Vocamus autem fidem uiuā ,
Fides nostra. motum spiritus sancti , quo uere poenitentes ueteris uitæ , eri-
 guntur ad deum , & uere apprehendunt misericordiam in
 Christo promissam , ut iam uere sentiant , quod remissionem
 peccatorum , & reconciliationem propter meritū Christi gra-
 tuita dei bonitate acceperunt : & clamant ad deum . Abba pa-
 ter . Id quod tamen nulli obtingit , nisi etiam simul infunda-
 tur caritas sanans uoluntatem , ut uoluntas sanata , quemad-
 modum diuus Augustinus ait , incipiat implere legem . Fides
 ergo uiua est , quæ & apprehendit misericordiam in Christo ,
 ac credit iustitiam quæ est in Christo , sibi gratis imputari : &
 quæ simul pollicitationē spiritus sancti , & caritatem accipit ;
Iustificari , iustum re- Ita quod fides quidem iustificans est illa fides , quæ est efficax
 putari . per caritatem , sed interim hoc uerū est , quod hac fide eatenus
 iustificamur , idest , acceptamur & reconciliamur deo , quate-
 nus apprehendit misericordiam & iustitiam , quæ nobis im-
 putatur propter Christum & eius meritū , non propter digni-
 tatem seu perfectionem iustitiae nobis in Christo communi-
 catæ . Et si

AD COMPOSITIONEM RELIGIONIS.

Etsi autem is qui iustificatur, iustitiam accipit, & habet per Christum etiam inharentem, sicut dicit Apostolus, Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis. &c. (Quare Sancti patres iustificari etiam pro eo quod est inharentem iustitiam ac iustificari, usurparunt) tamen anima fidelis huic non innititur, sed soli iustitiae Christi nobis donatae, sine qua omnino nulla esse potest iustitia. Et sic fide in Christum iustificamur seu reputamur iusti, id est, accepti per ipsius merita, non propter nostram dignitatem aut opera, & propter inharentem iustitiam, eo iusti dicimur, quia quae iusta sunt operamur, iuxta ilud Iohannis. Qui facit iustitiam iustus est.

Et quanquam in renatis semper crescere debent timor dei, patientia & humilitas, & alię virtutes, cum renouatio sit imperfecta, & hęreat in eis ingens infirmitas, tamen docendum est, ut qui uere poenitent, semper fide certissima stulant, se propter mediatorem Christum Deo placere, quia Christus est propitiator, pontifex & interpellator pro nobis, quem pater donauit nobis & omnia bona cum illo. Quoniam autem perfecta certitudo in hac imbecillitate non est, suntque multæ infirmæ & pauidæ conscientiæ, quae cum graui sæpe dubitatione luctantur, nemo est à gratia Christi propter eiusmodi infirmitatem excludendus. sed conuenit tales diligenter adhortari, ut ijs dubitationibus promissiones Christi fortiter opponant, & augeri sibi fidem sedulis precibus orient, iuxta ilud. Adauge nobis domine fidem.

Christiano cuique debet esse compertum, non in hoc datā esse nobis hanc gratiam, & hanc generationem, ut in eo gradu innouationis nostræ, quem primum nacti sumus, ociosi cōsistamus, sed crescamus in ipsum per omnia, qui est caput. Ideoq; docendus est populus, ut det augmento huic operā, quod quidem sit per opera bona, et interna & externa, a Deo mādata, & cōmendata, quibus Deus p̄misit, propter Christū

Merces bo in pluribus Euangelij locis clare & manifeste mercedem: bo-
norum ope na tam corporis, quam spiritus in hac uita. prout diuinę pro-
rum. uidentiaē usum fuerit, & post hanc uitam in cœlis . Ideoq;
quamvis haereditas uitæ æternæ propter promissionem de-
beatur renatis, etiam cum prim um in Christo renati sunt: ni-
Vnde mer- hilominus reddit Deus etiam bonis operibus mercedem, nō
ces operū. secundum substantiam operum, necq; secundum quod sunt à
Maiori fi- nobis, sed quatenus in fide fiunt, & sunt à spiritu sancto, qui
dei & cha habitat in nobis, concurrente libero arbitrio, tanquam partia
ritati ma- li agente. Et amplior & maior erit fœlicitas eorum, qui maio
r merces ra & plura opera fecerunt; propter augmentum fidei & cha-
ritatis in qua creuerunt huiusmodi exercitijs.

VIII. Qui autem dicunt, sola fide iustificamur, simul tradere de-
Sola fide in bent doctrinā de pœnitentia, de timore Dei, de iudicio Dei,
fidei in de bonis operibus, ut tota summa pœnitentia constet, sicut
fidei in Christus inquit. Prædicantes pœnitentiam & remissionem
peccatorum in nomine meo. Idq; ideo, ne hac loquendi for-
mula aliter quam prædictum est, intelligatur.

De Ecclesia & illius signis ac autoritate.

I. **E**cclēsia est cōtus, seu congregatio hominū, omnium
Quid ecclē- lōcorum & temporum, qui uocati sunt in communio-
nia. nē professionis, unius eiusdemq; fidei, doctrinæ, ac sa-
cramentorum, secundum Catholicam, orthodoxam, & apo-
stolicam doctrinam..

II. In hoc cōtū, quicundq; in unitate uerae ac uiue fidei per cha-
soli sancti ritatem efficacis, sub uno capite Christo, & sub ministratiōne
nostram ec sp̄ritus sancti cohærent, & eisdem sacramentis spiritualiter
clesiam cō comunicant, hi soli eam ecclesiam constitūnt, quæ à Pau-
stiuunt. lo templo sanctum, & domus Dei, corpus Christi. 1. Cor. 6.
Eph. 2. & 4. 1. Tim. 3, & à Iohanne ciuitas sancta Ierusalē de-
scendēs è cœlis, cōstructa uiuis ex lapidibus. Apoc. 22, dicit.

Hci.

AD COMPOSITIONEM RELIGIONIS.

13

Hic est populus Dei sanctus, emundatus ab omni iniiquitate, & acceptabilis Deo, sectator bonorum operum. ad Tit. 2. Qui allegorice hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uiuæ, paradisus cum fructu pomorum in scripturis presignatus est. Hæc est illa Ecclesia electorum Dei, occulta nobis, *Ecclesia oc-
culta.* cognita uero Deo, sicut scriptum est. Cognovit Deus qui sunt eius. 2. Tim. 2. In qua in præscientia sunt quicunq[ue] si-
det & charitatis spiritum non amittunt. Heb. 3. Etsi non pariter omnes eandem spiritus perfectionem participant. Ro.
12. 14. & 15. Ephe. 4. In qua etiam ij. censemur. & si non in præsentia, prædestinatione tamen Dei, quos ille conuerteret imperfici-
dos nouit, & si nobis foris esse uideantur. Quemadmodum *Predesti-
nati.* D. Augustinus de Baptismo contra Donatistas libro 5. cap. 27. docet.

Deinde sunt in hoc coetu, quod ad externam societatem attinet, etiam mali æterno supplicio destinati, quam diu uiuis membris, & si non spiritualiter, corporaliter tamen, hoc est, externis fidei signaculis & uisibilibus pietatis sacra= *Vt mali in-
mentis, ueluti palea frumento coniuncti sunt.* Math. 3. & 13. ecclesia. formam quidem pietatis habentes, sed uirtutem eius abnegantes. 1. Tim. 3. Qui ab Apostolo, donec separentur, seu abs-
cindantur à corpore, intus esse dicuntur. 1. Cor. 5. Tollite malum euobis &c.

Hic ergo coetus unius professionis & signorum, habens IIII dum hic uiuitur multos malos & hypocritas admixtos, est ceu magna domus, in qua non solum sunt uasa aurea & argentea; sed & lignea & fictilia; & quædam in honorem quidem, quædam in contumeliam. 2. Tim. 2. Inuisibilis secundum eam partem, quæ spiritu Dei vegetata in uitam æternam predestinata est. Visibilis autem secundum externam professi-
onem, et communionem, per totum terrarum orbem diffusa,
incipiens ab Hierusalem, & inde per Apostolos propagata,

C

in omnes gentes Lucæ. 24. & Act. i. Rom. 10.

V. Et ut mali peccatores non sint uiua membra Ecclesiæ, nec
Malum non
sunt membra de Ecclesia electorum Dei, quæ sancta, & communio sancto
rum uocatur, nihilominus tamen Christus docuit nos non
ecclesiæ. alibi hanc ecclesiam sanctorum querere, quam in illa congre-
Vbi querē- gatione magna, in qua est hæc ueræ fidei religionis, & sacra-
da ecclæsia. mentorum professio, & administratio, in qua quisquis per-
manserit cōmunione omnium bonorum, quorumcumq; pio
rum, qui ab initio mundi fuerunt, fruictur, nō præiudicantie-
bus peccatis alienis: quod communio sacramentorum cum
malis non maculet aliquem, sed consensus factorum. Quis-
quis uero se ab hac Ecclesia separauerit, hoc solo scelere,
quod à Christi unitate seiuinctus est, non habebit uitam æter-
nam, sed ira Dei manet super eum.

VI. Et ne quis uacillaret, addidit Christus certissima signa,
Note ec- quibus hæc magna domus, quæ est ecclesia Dei, nobis co-
gnobilis sit, quæ sunt sana doctrina, rectus sacramentorum
usus, & uinculum charitatis & pacis. Eph. 4. Rom. 12. Due
priores notæ separant ab ecclesia ethnicos seu paganos, &
hæreticos. 1. Cor. 5. 1. Ioha. 2. 1. Timoth. 1. 2. & 3. Tertiano-
ta separat schismaticos, & rite excommunicatos, 1. Corinth.
1. 5. & 11. Ad hæc quarta Ecclesiæ nota est, quod Catholica
sit & uniuersalis, hoc est, per omnia loca & tempora diffusa,
& propagata usque in fines terræ.

De nota uerbi.

Hæs notas dum in hac magna domo superesse uidemus,
non moratur quod multi interim in ea sint mali, atque
etiam præsideant ac dominetur, quo minus credamus,
non alibi usquam, quam hic, ubi scilicet uiget sana doctri-
na, uerus usus sacramentorum, & uinculum charitatis, ue-
ram

ram Ecclesiam piorum esse inquirendam. Hæc enim magna domus, promissionem habet infallibilis præsentia Dei, & ^{Protestant} spiritus sancti, quæ ob permixtos malos ab ea non auferuntur, ^{tes mallerent uer} sicut scriptum est. Etcce ego uobiscum sum usq; ad con- ^{omitti uer} fumationem seculi. Math. 28. Item, non relinqueram uos or= ^{bū(magna} phanos. Ioha. 14. Quid enim si exciderunt à fide quidam ^{domus.)} illorum, nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit; absit. est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. Rom. 3.

Nouit enim Deus hanc magnam domum mirabili cōsilio ^{II} conseruare, non in quibuslibet, sed in ihs tantum, qui uerae ^{Ecclesia in} pietatis cultores ecclesiæ unitatem ob permixtam malorum ^{bonis tati} multitudinem non deserunt, qui & apud Esaiam reliquię di- ^{seruantur.} cuntur, in quibus promissiones cōseruantur, et adimplentur. nisi, inquit, dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma ^{Paucitas} facti essemus & sicut Gomorrah similes essemus. Esa. 1. Et rursus, si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquia saluae sient, Esa. 10. Rom. 9. & Apostolus inquit, an nescitis in Elia quid dicit scriptura? quemadmodum in- terpellat Deum aduersus Israël, Domine prophetas tuos oca- cederunt, & altaria tua suffoderunt, & ego relicitus sum so- lis, & querarunt animam meam. Sed quid dicit illi diui- num responsum? Reliqui mihi septem millia uirorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal. Roma. 11. 3. Reg. 19. Has reliquias Christus oues suas appellat, quæ uocem eius audiunt, & sequuntur, in hoc peculiariter à Deo destinatae, non ut extra magnam hanc domum priuata consuetudine se colligant, sed ut in his magna illa domus conseruetur, ful- ciatur & sustentetur, ne planè & funditus pereat. Ipsæ enim sunt domus illa fundata supra petram, in quam si irruant omnia aduersa, nihilominus firma, stabilis, & immobilis persistet. Math. 7.

Et.

Infirmitas ecclie. **III** Et ut hæc magna domus non semper aequa floreat multitudine piorum, nec sit in ea semper eadem uerbi perspicuitas, propterea tamen ambigendum non est, quo minus in ea conseruetur illa uera Ecclesia, quæ sola habet unctionem spiritus docentem nos de omnibus. Conseruatur autem dum retinetur doctrinæ unitas, in ihs saltem quæ ad pietatem & salutem sunt necessaria. fuerunt enim, sunt, & erunt semper in hac magna domo, qui hanc doctrinam in fide, spe, & charitate consistentem, illa beneficatam tueantur.

Doctrina necessaria.

De poenitentia post lapsum.

I N hac sola catholica ecclesia est remissio peccatorum, quæ non solū in baptisme, sed etiam post baptisma confertur poenitentibus. Nec tantum in ecclesia est remissio peccatorum leuiorum, quæ iugi sanctificatione nostri repurgantur, uerum etiam grauiorum, de quibus dixit Apostolus, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Et iterum. 2. Cor. 12. Timeo ne iterum cum uenero ad uos, humiliet me Deus apud uos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam, super immunditia & impudicitia quam gesserunt. Hanc remissionem peccatorum post lapsum negantes Nouatiani, qui & Cathari, recte damnati sunt, quod scriptura, & uerbo & exemplo testetur, conversioni locum esse post lapsum. Ezech. 31. Mathei 18. Luc. 15. Gal. 6. Apocal. 2. Act. 8. 4. Regum. 2. 1. Tim. 1. 2.

II Cor. 2.

Solum in credulitate, desperacionis & blasphemie in spiritu sanctu. Solum enim incredulitatis, seu finalis impenitentiae, ac blasphemiae in spiritum sanctum, & desperationis peccatum, remissionē non habet, nec hic, nec in futuro seculo. Mat. 12. De quo intelligi potest, quod scribit Apostolus ad Hebreos Cap. 6. Impossibile esse eos, qui semel sunt illuminati, & ritus pecatū irremissibile.

spiritus sancti

sancti, gustaueruntq; nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutesq;uenturi seculi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi filium Dei, & ostentui habentes. Et iterum cap. 10. Voluntarie peccanti bus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquit pro peccatis hostia, sed terribilis expectatio iudicij. Significat enim Apostolus eos, qui post acceptam notitiam Euangelij, rursus sibi filium Dei crucifigunt, & ostentui habent, ac uoluntarie peccare non desinunt, non habere aliam pro peccatis hostiam, seu aliā per pœnitentiam reuocationem, quale uidere est in Iuda proditore, qui tradens & reijsiens Christum, non inuenit pœnitentiæ locum, tametsi pœnitentia commissi sceleris ductus, sucllamaret. Peccauit, tradens sanguinem iustum. Matth: 27. Nō enim respexit in redemptorem, quem prodendo repulit. Quale Apostolus etiam de Esau refert, & cæteris omnibus qui excusauerunt se, ne eis fieret uerbum, & excusauerunt loquentem. Heb. 12. Qui enim non credit in Christum, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine filij Dei. Ioh. 3. Vbi subditur, eum qui incredulus est filio, non uisurum uitam, sed mortem super eum mansurā. Atq; hoc est peccatum illud ad mortem, de quo in Episto la. i. Ioan. cap. 5.

Alioqui testatur in Hebreis Apostolus, excepto hoc in incredulitatis & obduratiōis finalis immani criminē, nul lum esse peccatum, ne blasphemie quidem, præterq; in spiritum sanctum, quod in ecclesia nō remittatur modo per fidem ad Christum redeamus, & in hac hostia, & alia nulla, peccata expiari credamus. Sicut enim ait cap. 3. Videte fratres, ne quando sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis, discedendi à Deo uiuo, sed adhortamini uosmetipso per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Nam ut

Credenti in
Christum
omne pecca-
tum remitti-
tur.

subiicit participes Christi effecti sumus, si tamen initium substantiae eius usq; ad finem firmum retineamus. Non enim uniuersi qui profecti ab Aegypto peccauerunt, sed qui exacerbauerunt, audientes corda obdurauerunt, & increduli fuerunt, ij soli non potuerunt introire propter incredulitatem.

III
Affirmemus
Eccl.

Quamvis quoq; pia est sanctorum patrum expositio, quilocos illos Pauli interpretantur, de alia renouatione per baptismum, quam ecclesia, in qua unus tantum baptismus est, non agnoscit.

V
Conversio
post lapsum.

Constat autem conuersionis post lapsum ratio, ut supra de iustificatione dictum est, mortificatione, & uiuificatione. Verum mortificatio hic non tantum contritionem, sed & confessionem, & satisfactionem castigatoria, de qua infra dicetur, postulat. Describitur enim poenitentia post baptismum ab Apostolo, in hunc modum, ut sit dolor seu tristitia secundum Deum, in Ihs qui peccauerunt, gignens in eis solitudinem, indignationem, satisfactionem, timorem, desiderium, vindictam. 2. Corin. 7.

VI
Ministerio
legis, & ui spi-
ritus contri-
tio excitat.

Efficitur autem haec mortificatio in nobis, non tam ministerio legis Moysi, quam lege spiritus uitae, dum haec in baptismo nobis insita, et peccato rursus obruta, per Evangelij uerbum in nobis resuscitat, cor dibus nostris inclamans, memor esto unde cecideris, & age poenitentiā, & prima opera fac, sin autem uenio tibi cito. Apoca. 2. Item. O insensati, quis uos fascinavit non obedire ueritatem ante quorum oculos Iesus Christus praescriptus est, & in uobis crucifixus. Et iterum. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus aut tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei concilauerit; Heb. 10.

VII
Effecta uera
contritionis,

Hac uox spiritum nostrum, præoccupatum peccato, ad contritionem, & inenarrabiles gemitus reuocat, qui in

in confessionem tandem erumpunt, & solicitudinem, indignationem, satisfactionē, timorem, desyderium & vindictam pariunt & operantur, de quibus animi motibus dictum est, in David Propheta. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Huic timori succurrat fides, quae respicit in Christum, quem habemus apud patrem aduocatum iustum, & qui est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. 1. Ioan. 2. Vnde & saluare in perpetuum potest, accedentes per semetipsum ad deum, semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Quod maneat in æternum, sempiternum habens sacerdotium. Heb. 7.

VIII
Viuitatio
a mortifica-
tione conti-
tionis.

Hac fide rursus innouatio spiritus accipitur, & uiuiscatio mortificationi coniungitur. sic enim precatur David. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Asperges me hyso-
po & mundabor, lauabis me & super nimrem dealbabor,
Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exaltabunt ossa humiliata. Spiritum rectum innoua in uisceribus meis, redde mihi lætitiam salutaris tui &cet. Et iterum,
Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua.
Conuersus sum in erumna mea dum configitur mihi spina. Delictum meum tibi cognitum feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisiisti impietatem precati mei. De hac remissione per testimonium spiritus, quemadmodum in prima iustificatione, certi reddimur, sacramento poenitentiae, cuius uis in absolutione constituit accedente, de quo postea dicendum erit. Hactenus de poenitentia post lapsum, quæ in sola ecclesia Christi agitur, & remissionem obtinet peccatorum.

IX

In Ebræo,
Exhaustus
est suces me-
us, tanquam
in torribus
estatis.

*De authoritate Ecclesiæ in discernenda &
interpretanda scriptura.*

Ecclesiæ pri-
mū collecta
predicatione
uocali.

Verbo exter-
no internum
exhibitetur.

Scripturæ be-
neficium.

Duplex ecclæ
potestas.

III.

Potestas Ec-
clesie scriptu-
ras discernen-
di.

Ecclæ ergo authoritas cognoscenda & requirenda est, hæc uero authoritas, ut perspici possit, scendum est. Deum, ut hanc ecclesiam sibi comparareret, principio usum esse ministerio uerbi uocalis non scripti, quod quasi per manus tradi & cōmunicari uoluit. Quemadmodum & Christus apostolis suis mandauit, ut irent in mundum uniuersum & p̄dicarent Euangeliū omni creaturæ. Quo tamen uocali, & externo uerbo Deus non aliter utitur, quam instrumento; quo internum illum affatum exhibit, quo solo aperiuntur corda.

Postea dei beneficio ad dicta est scriptura, tum ut humanae imbecillitati, in obliuionem & errorem procliui, succurreretur, tum diaboli fraudibus, qui uerbum excutere nunquam non molitur, occurreretur.

Quia uero, ut dictum est, Deus sciebat futurum esse, ut diabolus uiuum illud uerbum, comparato in id omnium astu, corrumpere satagaret: & quod homines in hoc subornaret, qui transfigurantes se in angelos lucis, tum scripturas adulterinas, quibus diuinam & apostolicam auctoritatem arrogarent, sub ipsorum etiam apostolorum nominibus ederent, tum apostolicas in suam ipsorum peditationem deprauarent, & vinculum charitatis, quod in eis esset, inquis discessionibus rumperent, id circa ecclesiæ suam auctoritatem, eandemque duplificem constare uoluit.

Principio apud Ecclesiam esse uoluit auctoritatem iudicandi inter scripturas, & discernendi Canonicam, à nō Canonica quæ suo tempore & apud Synagogam fuit, postea per Christum in Ecclesia confirmata est, quia suberrimus ille Canon Ecclesiasticus constitutus est, qui sancta

sanctam scripturam Canonicam, tam ueteris, quam noui testamenti, certis terminis, & certis Prophetarum & Apostolorum libris contineri definiuit, ac eminentiam istam Canonicam sacrarum literarum, cæteris libris admittit. Quæ Canonica scriptura, per successionem Episcoporum, & propagationem Ecclesiarum, tanquam in sede quadam sublimiter constituta est, cuiq; seruire omnis fidelis, & pius intellectus ita debet, ut omnino dubitari non liceat: sit ne uerum seu rectum, quicquid hæc scriptura continet. Ad hanc Ecclesiæ authoritatem respicit & illud Augustini. Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ Catholice commoueret authoritas.

Quæ tamen authoritas, in discernendo tantum ueras scripturas, à falsis, sita est. Nam omnem scripturam, que in Ecclesiasticum Canonem, ut uera ac diuina semel recepta est, plane immobilem esse constat, & omni autoritate humana longe maiorem, de qua dixit Christus, quod solū nō possit: ut frustra & irreligiose disputetur, num authoritas Ecclesiæ scripturis anteferenda sit: num ecclesia abolere se mutare possit, tradita in uerbo Dei: num statuere quid possit contra uerbum Dei:

Verum cū docente Apostolo Petro, omnis Prophætia scripturæ propria interpretatione non fiat, quod non humana uoluntate allata sit aliquando, sed spiritu sancto inspirati, sic locuti sunt homines, uoluit quoq; Deus, ut authoritas interpretandi scripturas, apud Ecclesiam, que spiritu suo regitur, esset, ut idem qui scripturæ author est spiritus, eius etiam sit interpres. unde dominus legitur Luce ultimo, aperuisse discipulis mentem, ut intelligerent scripturas.

Non est autem hæc authoritas apud ullum priuatum requirenda, sed ad totam Ecclesiam, & ad communem consensum omnium piorum recurrentum est; quæ est, uni

Canon scripturarum.

Excellentia scripture Canonice.

Canoni scripturarum nihil adiici, uel ad me potest.

Irreligiose aueriones, maior ne sit ecclesia, quæ scripture auctoritas.

Authoritas interpretandi scripturas.

Authoritas
interpretādi
scripturas pe
nes totā eccl
eiam.

uniuersalis testificatio spiritus sancti, firmamentum ueritatis. In quam sententiam dixit Apostolus .1. Tim. 3. Ecclesiam esse columnam, & firmamentū ueritatis. Summa enim authoritas interpretandi scripturas cui contra dicī non liceat, non apud singula membra, sed apud totā ecclesiam residet: quæ non solum Germanos sacrae scripturæ libros, à suppositicj̄s discreuit, sed & germanam scripture interpretationem in necessarijs tradidit. Quælia sunt, quod patris, filij, & spiritus sancti, eandem naturam & essentiam, & tres personas. Et in Christo domino, duas naturas, et unam personam confitemur. Hęc enim & pleraq; alia magis scripturarum interpretatione explicata, quam ipsarum scripturarum uerbis expressa, ipsis tamen scripturæ uerbis implicita, omnis Catholica recepit Ecclesia.

VIII
Interpretatio
ecclie ea ta
men, quæ in
scripturis in
sunt expliciter

Hinc est q; Athanasius ait. Ecclesia sticē semper mos est disciplinæ, si quando hereticorum noua doctrina exurgit, contra insolentes questionum nouitates, rebus immutabiliter permanentibus, nominū uocabula immutare, & significantius rerum naturas exprimere: quæ tamen existentium causarum uirtutibus, congruant, & quæ magis, easdem antiquitus fuisse demonstrant, non ortuſ nouitatē mensurant. Hęc ille. Et preclare Irenęs. Si inquit de aliqua questione dubitatio est, oportet ad antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus conuersati sunt Apostoli, & ab eis de proposita questione sumere, quod certum est. Quid .n. ut subiicit, si neq; Apostoli qđem scripturas reliqſsent nobis, nōne sequi oportebat ordinem traditionis, quę tradiderunt h̄i, quibus cōmittebant ecclesias? Cui & barbari assenserūt, sine atramento scriptam habentes per spiritum in cordib; suis salutem.

IX

Huius aut̄ authoritatis, quam ecclesia circa scripture interpretationem obtinet, in communī illo et uniuersali per

perpetuo consensu sitam, in primis synodos, deinde ecclesiasticos scriptores omnium temporum, qui tamē suspe-
ctae fidei non sunt, idoneos testes esse constat: cum una-
catholicus
consensus, &
testes huic,
nimiter tradunt ac docent, doctrinam aliquam, ab apostolis in nos usque profectam in ecclesia esse, & semper re-
ceptam fuisse, quae & scripturis consentanea sit,

Porro huic uero & perpetuo consensui, cui synodi & x
patres concors testimonium ferunt, obtemperare debe-
mus, sed ita, ut ecclesia illi obtemperandum esse censuit, Doctrina &
traditio eccl^{ie} &
fidei uaria.
Differunt enim quae communi consensu tradita sunt.
Quædam enim eorum, dogmata sunt planè necessaria, Dogmata ne
cessaria, non
necessaria.
quædam non item: quæ scilicet pro ratione temporis in-
stituta mutari possunt. Quamobrem consensum istum
communem secundum eam rationem, quo loquitur nobis, et in illum finem, in quæ respicit accipere debemus,
ne in scripturas impingamus, neue dogmata, quæ Basilius
libro de spiritu sancto. Cap. 27. ἀγαπα uocat, cum
necessarijs dogmatibus de fide cōfundamus. Nec enim
par debuit haberi ratio prohibiti esus, & suffocati sanguinis, atq; interdictæ fornicationis, tametsi illud eadem
authoritate, qua istud, decretum, & multo tempore in eccl^{ie},
communi omnium consensu, receptum, atq; aeo
synodorum Canonibus firmatum sit. Ad tempus enim
necessarium hoc iudicatum est, quamobrem sine religi-
onis prejudicio obsoleuit, sed illud perpetuum est, quod
diuina lege expressum sit, neq; fornicarios, neq; adulter-
ros regnum dei possessuros. Act. 15. 1; Cor. 6.

Cæterum ubi scriptores uariat, liberum habet lector, xi
auditor ueruditatem, quid approbet uel improbet, ita ta-
men, ne quis temere sibi confidat, sed in rebus dubijs do-
ceri magis cupiat q̄ docere: & ubi necessarium uidebitur; Prima iudic
ia, iudicio
eccl^{ie}, sub
iudicanda.
iudicium de ambiguis Ecclesiæ deferat, iuxta illud Apo-
stoli. Cæteri dijudicent, 1. Corin. 14. Nam & spiritus
per

24

per Ecclesiam probandi & dñiudicandi sunt, nec statim singulis permittendum, scripturas, in quibus sunt multa difficultia intellectu, pro suo ingenio interpretari. 2. Petri ulti. Est autem uniuersalis ecclesiæ perpetuus consensus, & orthodoxorum generalium conciliorum, quibus pridem omnes Ecclesiæ assensum præbent, authoritas, à particularium Ecclesiarum, & Synodorum auctoritate diserte discernenda. Hoc enim uniuersalis illius consensus, ac admirabilis in unam eandemq; doctrinā, conspiratio, proprium habet, ut eius interpretationistandum sit: eo quod nitatur promissionibus diuinis, de spiritu ueritatis ecclesiæ nunquā defuturo, & habeat notas infallibiles, doctrinæ concordiam, & cum scripturis consensionem. Quæ utraque signa sunt sp̄ritus, qui unitatis dicitur, non dissensionis, & omnis ueræ interpretationis ac salutaris ordinationis dictator & auctor est. Haec consensio ecclesiarum est etiam piorum sanctimonia, miraculis, & sanguine martyrum comprobata.

XII

Cæterum ecclesiæ particulares auctoritatem quidem habent scripturas cōserendi, scrutandi, atq; etiam interpretandi. Ioh. 5. Act. 17. sicutamen, ne pugnent cum perpetuo illo consensu: atq; dum uariant sententiæ, particulares Ecclesiæ minores, ad maiores & plures, maiores deniq; et plures, ubi necessum erit, ad uniuersalem ecclesiam referant, quod fieri debet per coetus eorum, qui in synodis conuenient, quarum aliae sunt Episcopales, aliae Provinciales, aliae Nationales, aliae Vniuersales.

Synodi
Episcopales
Provinciales
Nationales
Vniuersales.

Atq; hactenus de nota uerbī dictum sit.

Collocutores Protestantium de hoc Articulo,

suum exhibuerunt scriptum,

signatum. A.

De

De Sacramentis.

Secundum signum, quo Ecclesia dignoscitur, sacra = 1
 menta sunt, & illorum legitimus usus. Constat enim Altera notz
Ecclesiae Sacramenta.
 sacramenta duabus potissimum de causis, diuina au= cramenta.
 thoritate instituta esse. Vna ut essent signacula, & uelut
 tesseræ quædam huius magnæ congregationis, quæ est
 Ecclesia. Nam ut Augustinus inquit, in nullum nomen
 aut uerum, aut falsum, coagulari homines possunt, nisi ali
 quo signaculorum, uel sacramentorum uisibilium con= Sacramenta,
sortio colligantur. Quamobrem dominus Iesus Chri= signa societatis sacre.
 stus leni iugo suo, & leui sarcinæ nos subdens, sacramen= tis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significa-
 tis præstantissimis, societatem noui populi colligauit,
 Altera, ut sint certa & efficacia signa uoluntatis & gratiæ Sacramenta
signa gratiæ.
 Dei erga nos, & proinde non signa, ut tantum signent,
 sed ut sanctificant, & nos de accepta gratia certos effici= ant;
 ant; utq; in nobis fidem excitant, & ad mutuā dilectionē, ii
 sanctos & christianos mores, prouocent, & inhortentur.

Recte ergo describitur, Sacmentum esse signum ui= ii
 sibile uisibilis gratiæ Dei. Est enim tale signum, quod
 in sensum externum incurrens, admonet & erudit nos, ut
 quod foris in specie uisibili geri cernimus, intus per Dei
 uirtutem effici credamus.

Constatuero sacramentum duobus. elemento sensibi= iii
 li, ut signo: & uerbo, quod dum accedit ad elementum,
 fit sacramentum.

De Sacramento ordinis.

Iamquia Deus ministerio uerbi Euangelium suum, 1
 & per Euangelium certitudinem salutis in omnes gen= E
 tes propagare uoluit, ordinem instituit. Primum, ne

*Ordinatio
nis instituta
diuinarius ne-
cessitas, et ur-
bis.*

si quilibeth hoc munus præter omnem delectum usurparet, doctrina fieret in certa, & tanquam parvuli fluctuantes, circumferremur omni uerbo doctrinæ, in nequitia horum minum, per astutiam ad circumuentionem erroris, Ephe-

4. Deinde ut certi essemus, ministerium uerbi & sacramentorum, non esse metendum ex personis ministrantium, sed ex autoritate diuina. Christus enim a ministris hanc in se transfert dicens. Sicut me misit pater, & ego mitto uos. Qui uos audit, me audit, qui uos spernit, me spernit. Denique ut sciremus non esse priuato iudicio abrogandam autoritatem ministris, ob malam tantum uitam, quamdiu doctrinam Christi, & sacramenta uitæ administrant, & ab ecclesijs tolerantur: sed legitimæ ordinationi, quamlibet eam mali ad tempus occupent, suam autoritatem non esse detrahendam, sicut scriptum est, Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisei, quæcunque dixerint uobis, facite. Hanc ordinationis uim, atq; adeo ordinem, esse sacramentum in ecclesia diuinitus institutum ignorantes Donatistæ, foedissime lapsi sunt, quos beatus Augustinus uulnifissime reuinct, ac confutat;

*II
Verbum hu-
ius sacra-
menti.*

Verbum huius Sacramenti est, quo nos Christus de autoritate ministrorum, & efficacia ministerij certos facit. Sicut, inquit, misit me pater, & ego mitto uos. Accipite spiritum sanctum, quorū remiseritis, &c. Item, Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangelium omni creature, Item, Euntes docete oēs gentes baptizātes eas:

*III
Elementum.
“ Eccianū.
“ Eccianū.*

Elementum uero huius sacramenti, secundum generalem eius rationem, est impositio manuum Episcopaliū, qua significatur, electos confirmari in opus ministerij, & accipere potestatem prædicandi uerbi, “confessandi Eucharistiam, administrandi sacramenta, ordinandi omnia in ecclesia, ad ædificationem, & cohærendi rebelles ac criminosos.

Viss

AD COMPOSITIONEM RELIGIONIS.

27

Vis autem huius sacramenti complectitur potesta = IIII
tem ordinis & iurisdictionis: Potestas ordinis, ministe- Vis huius Se-
rium uerbi, administrationem sacramentorum, & ecclesi- cramenti.
arum ordinationem ad ædificationem: Iurisdictionis uero
potestatem excommunicandi, & resipiscentes absoluendi
continet.

Sunt autem in ecclesia alij maiores, alij minores ordi- V
nes. Illi, sunt presbyterorum, diaconorum, "subdiacono- Eras.
rum, hi, acoluthorum, lectorum, exorcistarum, & ostiario " Eccianum.
rum, quorum omnium legitimus usus, & administratio,
ad ueteris ecclesiae regulam, & morem restitui petitur,
Quæ olim or-
dines.

Cæterum inter Sacra- menta, quæ in ecclesia publico VI
ministerio exhibentur, & quibus gratia fidelibus diuino
munere confertur, hoc differentiæ habendum est, quod
quædam augustiniora, & magis principalia sunt, ueluti
Baptismus, Ordo, Eucharistia, & Absolutio, sine quibus
Ecclesia non consistit: quædam uero in hoc data & insti- Quæ Sacra-
tuta sunt, ut sint quidem sacra symbola in subleuatione,
& medicinam humanæ infirmitatis: at non necessaria ut
illa priora, quanquam ualde utilia & salubria, modo ta- menta necel-
men religiose, & pie administrentur & accipientur. fariæ, que mi-
nus.

De sacramento Baptismi.

Baptismi Sacramentum mandatum Domini, & diuinum I
promissionem habet, quæ his uerbis contine- Institutio Ba-
tur. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in
nomine patris, filii, & spiritus sancti. Mathei. 28. Et. Qui
crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Mar. 16.

Elementum uero eius secundum generalem baptismi II
rationem, est aqua, iuxta illud Christi. Nisi quis renatus Elementum
fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in reg- Baptismi.
num dei. Iohan. tertio. Est enim Baptismus lauacrum.

E ii

aqua in uerbo uitæ. Ephe. 5. quo non carnis sordes abi-
ciuntur, sed quo sit, ut bona conscientia bene respondeat
apud Deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est iudex
tra Dei, deglutiens mortem, ut uite æternæ heredes effici-
amur. 1. Pet. 3.

III.
Vis Baptis.

Vis ergo Baptismi in his, qui rite & non ficte acce-
dunt, est diuina uirtute ab omni peccato mundari, & per
spiritum regenerationis ex filio ire effici filium dei. Tit. 3.
commori & consepteliri Christo, & resurgere cum Chri-
sto in uita nouitate: ut consepti cum illo, & participes
facti mortis eius, participes quoque resurrectionis eius si-
mus: nouam uitam, non nostra, sed diuina uirtute, qua il-
le excitatus est, nobis per spiritum communicata, in no-
bis inchoantes. Rom. 6.

III.
Exercitium
Baptismi.

Confert uero baptismus iustificationem, & de ea nos
planè certos facit, ut Paul. Gala. 3. testatur. Quicunq[ue], in-
quit, in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hæc
baptismi uis rememoranda & exercenda est tota uita, ut
homo Christianus mortali huic moriatur usui, & abre-
nuncians mundo & Diabolo, seipsum abneget, ut in deo
respiret, & nouam uitam meditetur: donec hoc mortale
induat immortalitatem, & caro per infirmitatem sepulta,
resurgat in gloria. 1. Cor. 15. Resurrectionis enim nedium
spiritualis, sed et carnis, quæ futura est, baptismus pignus
est, & imago. Quemadmodum Ambrosius in cap. 6. ad
Romanos docet.

Baptisma in-
fantum.

v Docendum etiam est, ecclesiam mandatum ab Apo-
stolis accepisse baptizandi parvulos, esseq[ue] non solum
adultis, sed etiam parvulis baptismi gratiam necessariam
ad salutem: quod & in illis genuinæ sordes peccati sint,
quæ per aquam & spiritum aboleri debent. iuxta illud
Euangelij. Nisi quis renatus &c. Ad quos etiam promis-
sionem Euangelij pertinere constat, quam impossibile
est per-

est pertinere ad eos, qui non sunt Ecclesiæ inserti per baptismum. Et damnandi sunt fanatici anabaptistæ, qui paruulorum baptismū non recipiunt, & paruulos sine baptismo saluos fieri adfirmant.

De sacramento confirmationis.

POst baptismū succedit Sacramentum confirmationis, quod et si non sit necessitatis ad salutem, uerbo Christi tamen innititur, quo promisit patrem rogan= tibus se daturum sp̄iritum sanctū.

Elementum uero est, manuum impositio ad quam II Apostolorum tempore sp̄iritus sanctus sensibiliter def= cendit in fideles, postea cum amplificata ecclesia, donum illud diuersitatis linguarum non esset amplius ad astru= endam fidem necessarium, remansit tamen manuum im= positio : & authoritate ecclesiastica surrogatū est symbo= lum Chrysantis, quo inuisibilis & interior unctio sp̄iritus sancti, fidem Christi post Baptisma professis deno= taretur, ut testantur Patres.

Vis ergo sacramenti est, ut qui in eo symbolo cum fi= III ducia uerbi & gratiæ Christi, non rei externæ, quemad= modum & in alijs sacramentis fieri debet, confirmantur, Vis confir= intelligant, ac credant se accipere sp̄iritum sanctū : quo marionis.

Et quia nunc infantes omnes baptizantur, & ad ba= ptisma fidei professionem per se non ædunt, conueniet, ut pueri, postquam cathechizati, & de religione Christi instituti, ad confirmationis sacramentum percipiendum adducentur, fidem Christi, & obedientiam ecclesiæ, suo etiam ore profiteantur. quemadmodum in Concilio Aurelianensi Canone tertio. (qui habetur de Consecra-

Vt hodie ut
dum confir=
matione,

tione distinct. 5. ca. Ut ieuniū constitutum est. Ut tamē hinc aliarum Ecclesiarum mos, hactenus obseruatus, nō damnetur, donec concilio generali super eo statuetur.

De sacramento Eucharistiae.

Affutum.

Verbum Euch.

i. **E**nipotens Christi sermo, cuius uirtute hoc sacramen-
tum conficitur, & quo sit, ut post consecrationem
uerum corpus, & uerus sanguis Domini, uere, & sub-
stantialiter ad sint: et fidelibus sub specie panis et uini (il-
lis, nimisrum, hoc est, pane & uino, in corpus & sanguine
Domini transmutatis, & transsubstantiatis) distri-
buantur, q̄ habet in hunc modū. Accipite & manducate
ex hoc omnes. hoc est corpus meū, quod pro uobis tra-
detur. Et ad calicem. Bibite ex hoc omnes, hic est san-
guis meus, noui testamenti, qui pro multis effunditur in
remissionem peccatorum.

ii. **E**lementum uero est panis & uinum: ad quæ cum ac-
Elem. Euch. cedit uerbum, fit sacramentum, duobus enim hoc sacra-
mentum conficitur. uisibili Elementorum specie & inui-
sibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: quæ
hoc sacramento uere & realiter participamus.

iii. **V**is huius sacramenti est, ut p̄ uiuificatricem carnem
Vis Euchar. saluatoris nostri Iesu Christi, ei nedum spiritualiter, sed
& corporaliter iungamur, & efficiamur os de ossibus
eius, & caro de carne eius: certificati, q̄ in ipso Christo
Iesu acceperimus remissionem peccatorum, & in sacra-
mento uirtutem restinguendi concupiscentiam, in mem-
bris nostris hærentem. dulcissimum certe pignus remis-
sionis peccatorum, uitæ æternæ, & societatis cum Deo
nobis in Christo promissæ & exhibitæ.

*Hic protestantes proprium Articulum
obtulerunt. signatum B.*

De

De sacramento Pœnitentiae seu Absolutionis.

Huius sacramenti uerbum Math. 18. quæ ligaueritis¹ super terram, erunt ligata in cœlis, et quæ solueritis, erunt soluta in cœlis &c. Et Ioh. 20. legimus. Hæc inquit Euan. cū dixisset Iesus, insufflavit in Apostolos et dixit eis, accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorū retinueritis, retēta erūt. Verbum sanè omni struitate plenū & redundans, quo minifice eriguntur conscientię lapsorū post baptismum, qbus impij Novatiani pœnitentiam in ecclesia dandam esse, blasphemia in dei misericordiam uoce, negauerunt, Elementum uero est ritus ille exterior, quo impartiatur & accipitur absolutio in uerbo Christi, Verbum pœnitentie Elementum.

Et quoniā sacerdotes in hoc sacramēto medicos aguntⁱⁱ spirituales, q conscientias, & peccatorū et uitiorū laqueis implicatas, expedire, & mole iræ dei pressas, consolari & erigere debent: idcirco peccata, saltē letalīa, qrum quis si vñs cōscius, est & quæ conscientiam perplexam tenent & angunt, confitenda sunt, Iustum q̄q & sanctum est, ut ad minimū q̄tānis semel, glibet se curationi pastoris sui sub iñciat; q̄ pastor fidē & conuersationē confitētis exploret; et p̄ sua spirituali prudētia, et prudēti arbitrio, ex uerbo dei informādo, morbis cōfitētis salutarē medicinā adhibeat. Huc n̄ respicit parabola de samaritano Lu. 10.

Hic protestantes exhibuerunt suum:

scriptum signatum C.

Vis autem huius Sacramenti est, ut intelligent, nec dubitent, qui eo signo à peccatis, quæ iam legitime confessi sunt, absoluuntur, & ecclesiæ reconciliantur, se peccatorum vinculis liberari, & Christum in cœlis ratum habere, quod minister eius nomine gerit in terris. Et quoniam

niam potestas clavium se latius, quam ad remissionem peccatorum, porrigit, de ihs postea fusiſ dicemus.

Satisfactio
Satisfactoria
solis christi.

Canonica &
castigatoria
qualis.

De satisfactione quoque docendum est, satisfactionem propitiatoriam culpæ, & abolitoriam æternæ poenæ, soli Christo tribuendam esse. Satisfactionem uero Canonicam, quæ & castigatoria dici potest, a parrochis & præpositis sacramentorum acceptam, & ex fide peractam, præteriorum peccatorum causas excindere, & peccati reliquias mederi: temporarij quoq[ue] poenam, se tollere, seu mitigare: & in exemplum denique adhiberi: Caterum poenarum reservationem neminem, ad integrum nosse, nisi Christum Iesum: cui pater omne iudicium dedit, & propterea poenarum discussionem, & exactum iudicium soli Deo relinquendum esse.

*De satisfactione, protestantes exhibuerunt
scriptum suum signatum. D.*

De sacramento matrimonij.

Matrimoniu
solis Christi
anis sacramē
tum.

Matrimonij sacramentum solis Christianis pecuniale est, qui sciunt matrimonium, quod in Dei & Christi nomine iungitur, & contrahitur, unius viri & foeminæ unius, sanctam & ratam esse coniuncti onem, benedictione & consecratione Christi firmatam, quod non ita in infidelium matrimonij obtinet. Christus enim, sublato Iudacio diuortio, quod genti illi Moyses ob duritiam cordis permisit, matrimonium in primævam vindicauit puritatem. Math. 19. Id quod etiā intimæ illius, sui & ecclesiæ coniunctionis sacrum symbolum esse uoluit. Eph. 5.

II Verbum huius sacramenti situm est in sermone Christi, dum inquit. Qui fecit hominem ab initio masculum, & foeminam fecit eos, & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhaerabit uxori suæ, & erunt duo

duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Et paulo post. Moyses ob duritiam cordis uestris permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic, quam obrem quicunq; dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Quod Apostolus. 1. Corin. 7. interpretatur, cum ait. His qui in matrimonio iuncti sunt, precipio, non ego, sed dominus, uxorem à uiro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari.

Elementum huius sacramenti, est exterior illa uiri & mulieris coniunctio, qua in dei nomine, & Christi in eccl^{esi}a copulantur. Quod Paulus uocat nubere in domino. 1. Corinth. 7.

Vis ergo sacramenti est, ut intelligent coniuges se non humana, sed diuina authoritate coniunctos, gratiam accepisse, qua ipsis legitimus coniugalis congressus non imputetur ad culpam: qua & Christianus gentilem coniugem secum manere eligentem sanctificet, & sanctos, hoc est deo dicatos filios exuscitet; qua deniq; perpetua fidem coiugi seruet, ut sint duo in carne una, ut Christus, & ecclesia. Tob. 3. & 6. Heb. ult. i. Cor. 7. Eph. 5. Huius sacramenti uim ignorantes Manichæi & Tatiani, qui & Encratitæ matrimonium ex doctrina dæmoniorum prohibentes, apostolica censura damniati sunt; 1. Tim. 4.

Quæ uero de diuortijs & matrimonialibus iudicijs de liberanda erunt, reseruentur ad reformatiæ v

De Sacramento unctionis infirmorum.

VNCTIO infirmorum in ecclesia usitata, ex uerbo Iacobij Apostoli desumpta est. Hic enim Apostolus, haud dubium non suo nomine, sed ut seruus Iesu Christi, nobis tale mandatum reliquit. Infirmatur quis,

¹
Verbum unctionis.

F

inquit, in uobis : inducat presbyteros ut orent super eñ, ungentes eum oleo in nomine domini : & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum dominus: etsi in peccatis sit, remittentur ei. Iacob. 5. In quo situm est huius sacramenti uerbum, quod fide apprehenditur.

II. Oleum uero est huius sacramenti elementum, quo significatur ægrotus, quod morbo suo & infirmitate corporis delassatus, respirare debeat in uno Christo: q̄ est unctus oleo lætitiae præ omnibus participibus suis. ut cogitet egrotus se ueluti athletam aliquem, in extrema pugna constitutum, in nomine domini iniungi, ne ulla uir morbi, uilisue diaboli insultibus succumbat, sed confortatus fide, carnem, mundum & satanam sub pedibus uelociter conterat, idq; in illo, in quem ungitur, Christo.

III. Ad hoc ergo hæc unctio adhibetur cum oratione, ut infirmus in fide, & ecclesiæ oratione confirmatus, confidatse à deo, uelut unum ecclesiæ membrum respici, & exaudiri, utq; uelut fortissimus miles, in uictâ semper sumat, de aduersis omnibus in Christo triumphandi: ut deniq; certa fiducia, siue moriatur, siue reconualescat, eternam salutem, promissioni infallibilis Dei, non aliter atq; certissimæ anchoræ innixus, complectatur & expectet.

De vinculo charitatis, quæ est tertia ecclesiæ nota.

Vinculum
charitatis.

Tertia nota, qua dinoscitur ecclesia, est vinculum charitatis, & pacis. Ephe. 4. inter cætera ecclesiæ charismata longe præstantissimum. i. Corin. 13. quod ut in ecclesia firmum constaret, uocauit nos initio deus per baptisum in unitatem corporis mystici, unoq;, quem coelitus demissum hausimus, spiritu, nos potauit, ut scilicet in vicem essemus membra.

De

*De Ecclesiæ Hierarchie ordine, & in
constituenda politia auctoritate.*

Sic autem corpus istud Mysticum, & multis membris coagmentatum temperauit, ut unum alterius opera in digeret, & quod prestantius, & nobilior est, ignobilis, & infirmius non despiceret, quo nullum esset in corpore schisma: sed in id ipsum sollicita sunt membra, ut si quid patitur unum membrum, compatiantur cetera: siue honorificatur unum membrum, congaudeant simul & omnia membra.

I
Sympathia
membrorum
Christi.

Vnicuique ergo membro data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Nam etsi idem sit spiritus, tamen diuisiones gratiarum sunt: idem sit dominus, diuisiones tamen ministeriorum sunt: idem sit Deus, qui operatur omnia in omnibus, diuisiones tamen operatum sunt. i. Corin. 12.

Itaque ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero Euangelistas, alios uero pastores, & doctores, ad instaurationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec perueniamus omnes, in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in uitium perfectum, in mensuram æratris plene adultæ Christi: ut iam non simus paruuli fluctuantes, & non circumferamur omni uento doctrinæ, per uersutiam hominum, per astatuam, qua nos adoriantur ut imponant nobis, ueritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensura uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit, in ædificationem sui per charitatem. Ephe. 4

III
Institutione S.
ministerij.

III
De simplicie
etate Prelato-
rum.

Quamobrem, ut D. Cyprianus inquit, ecclesia unitas
firmiter tuerenda & vindicanda est, maxime ab episcopis,
qui in ecclesia Apostolorum loco praesident, ut Episco-
patum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Epí-
scopatus siquidem unus est, cuius a singulis in solidum pars
tenetur ecclesia una est: quae multitudine, latius incremen-
to fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radij,
sed lumen unum, & rami arboris multi, sed robur unum
tenaci radice fundatum.

V
Ibidem.
Idem alii A-
postoli, quod
Petrus.

Proinde quoque Christus, quis Apostolis omnibus, ut
idem Cyp. ait, post resurrectionem suam, parem potesta-
tem tribuat, tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eius
dem originem, ab uno incipientem, sua authoritate dispo-
suit: hoc enim ut subiicit, erant utique ceteri Apostoli,
quod fuit Petrus, pari consortio prædicti, & honoris, &
potestatis. Sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclæ-
sia una monstretur. hactenus ille.

VI
Par Aposto-
lis & Episco-
pis honor &
potestas.

Omnis subli-
mior cura ad
iurandum in
feriores..

Hinc scripturæ Petrum ueluti uerticem, & os, & prin-
cipem Apostolorum describunt: cui Christus nedum po-
testatem, sed & nomen suum communicauit, et si non ipsi
soli, sed tamen ipsis principaliter cum alijs, ut unitas ecclæ-
siae insinuaretur, præcipuum solicitudinem, dum ei pas-
cendas oves committeret, Iohann. 21, imposuit, & curam
confirmandi fratres, in ædificationem & robur ecclæsiae
inuinxit. Luc. 22, quam & statim in exordio ecclæsiae sus-
cepisse uidetur. Quemadmodum in Actis Apostolo-
rum legitimus Capite nono, quod transiuerit & inuiserit
uniuersos. Quam tamen solicitudinem, non in destruc-
tionem eorum, quæ ceteri bene ædificassent, sed in
confirmationem magis contulit: cum scilicet agnoscere
Euangelium per ceteros prædicatum, per omnia respon-
dere Euangeliu sui apostolatus, atque a deo unum, &
idem Euangelium omniū esse. Quæ & Paulo suit causa
profici-

proficisciendi Hierusalem, & conferendi Euāgelium cum Petro, Iacobo, Ioharine. Gal. 2. Non quod Euāgelium per Paulum prādicatum, id quod à solo Deo acceperat, ab illorum authoritate penderet, sed utili eandem prādicationis gratiam in Paulo agnoscentes, dextras ei societatis, quod est concordia & conu[n]ien[t]ia signum, darent: & eo signo ecclesias in fidei & charitatis uinculo confirmarent, ut inter cæteros Tertulianus testatur.

Et quia Christus hanc ecclesiæ unitatem, hierarchico ordine usque ad finem durare uoluit, idcirco in locum Apostolorum, diuina nimirum dispensatione, successerunt Episcopi, qui singuli singulis ecclesijs, ut Hieronymus inquit, in schismatis remedium propositi sunt: ne unusquisq[ue] ad se trahens ecclesiam Christi, unitatem rūperet. Inter Episcopos quoq[ue] cuiusque provinciae, unus Archiepiscopus, qui & Metropolitanus, & inter Metropolitanos, Patriarchæ seu Primates constituti sunt. qui initio tres tantum numerabantur. Quorum Romanus, ueluti cathedrali Petri uicaria successione obtinens, primas iudicatus est, non quod dignitate sacerdotij cæteros antecelleret, sed magis amplitudine solitudinis, et prerrogativa iurisdictionis, ut ecclesiæ unitas conservaretur, anteiret. Hoc ordine ita custodito, & per legitimam successionem Episcoporum conseruatio, uinculum illud caritatis omnibus charismatibus supereminens in primis firmatur. Quod Ireneus lib. 3. & 4. contra hæreses saepe testatur ac docet.

Cæterum ut uinculum illud caritatis, quod, ut Augustinus inquit, proprium est catholicæ ecclesiæ donum, commodius retineretur, Christus ministris & ecclesiæ sua potestatem fecit, potiam ecclesiasticam ordinandi, quæ in pijs ceremonijs et disciplina ecclesiastica consistit.

VII
Ad quid Epis-
copi consti-
tuunt

Inter Episco-
pos Metro-
politani &
Archiepiscopos

Patriarchæ
Primates
ut inter pa-
triarchas ro-
manus pri-
mas.

Constituio
et ordo Epis-
coporum inter
se, ad conserva-
dam unitatē
ecclesiæ uni-
tis.

Potestia ecclesiastica sita in ceremonijs et disciplina. Iam quod ad ceremonias attinet, mandatum habent & potestatem, qui president, nendum ceremonias, quas ad excitandam, retinendamque pietatem facere arbitrabuntur, ordinis et decoris causa constitueri: sed et ritus externos, in diuinis literis expressos, ad fidei & charitatis regulam dirigendi, ac exhibendi: ac prout secundum temporum et locorum rationem fidelium saluti expedire & sufficere nouerint, disponendi ac moderandi. q[uod] spectat illud Euran. Quia d[omi]n[u]s est filius hominis etiam sabbathi. Lucæ. 6. Ira de disciplina (quae a clave iurisdictionis pendet, & sine qua Euangelicus uigor in ecclesia non subsistit.) constituenda, ac diligenter retinenda, presides: ac praepositis obediendi, subditu mandatum habent, Heb. 13.1. Cor. 11.

Vt in ceremoniis. ix Sic tamen, ut haec ceremoniae & disciplina, hoc fine in Ecclesia instituantur, & administrentur, non ut in illis fiducia salutis, quae in gratia Domini nostri Iesu Christi consistit, reponatur. hoc enim esset Deum frustra colere mandatis hominum, contra mandatum Domini. Math. 15 & Esa. 1. sed tantum ut sint incitamenta, & retinacula pietatis, ut omnia in ecclesia pie, decenter, honeste, & ordine fiant, 1. Corinth. 14. Quae tales quoque erunt, ne ulla tenus ab Euangelica puritate & simplicitate dissentiant, neue laqueum conscientijs iniiciant, & Christianæ nihil derogent libertati. 1. Corinthiorum septimo.

Affutum. x Libertas autem Christiana in hoc potissimum sita est, ut qui gratia Christi Iesu & donatione spiritus sancti, a coactione legis liberati sumus, ultiro facientes, quae lex moralis præcipit, sciamus, iusticiam nostram, quem spiritu alis esse debet, ab externis observationibus non pendere, & has, sicut propter retinendam & fulciendam fidem inspirorum & charitatem institutæ sunt, ita charitati cedere debere, quare etiam si res ita postulare uidetur, sine peccato omitti

omitti possunt: ita tamen, si absit & scandalum, & contemptus. *Luc. 6.* Tunc enim semper plus illud ualeat, misericordia uolo, & non sacrificium. *Math. 12.* Hactenus de ecclesiæ notis & authoritate generatim dictum sit.

*De hoc toto articulo, exhibuerunt Protestantes suum
Articulum, de unitate Ecclesiæ. signatum. E.*

*Dogmata quædam. quæ Ecclesiæ
authoritate declarata. firmata sunt.*

Ceterum quædam etiā speciatim recessenda sunt, quæ^r Hac authoritate, qua ecclesia, tum in interpretādis, dijudicandis, scripturis, & dogmatibus, tum in cōseruāda politia utitur, firmata sunt & cōstituta. Ex priore itaq; illa authoritate, qua ecclesia de scripturarum interpretatione, intellectu, & mente iudicat, sunt sequētia dogmata, & explicationes, ueluti diuinitus traditæ. Symbolū Apostolorū, cōfessio de consubstancialitatē trinitatis, de equalitate personarum, de duabus naturis, et unitate personæ in Christo, de duplice uoluntate in Christo, de peccato originali, de baptismo infantum, & similes.

Traditiones
ecclesiæ ex-
planatione
scripturarum
traditæ.

De cultu & memorij sanctorum.

Hac quoq; authoritate receptum est, sanctos, qui ad futuram sacerdotiū præmissi sunt, ueluti nobilissima ecclesiæ membra (quos Pater cœlestis filios agnoscit & honorat. *Ioh. 12.* filius ut fratres ac cohæredes habet. *Ro. 8.* spiritus sanctus templo sua uocat. *2. Cor. 6.*) laudandos: ac eorum memoriam, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consociemur, religiosa solennitate celebrandam esse, quemadmodum Augustinus habet, contra faustum Manichæum, libro uigesi. Capite 21. Et Paulus ad Hebreos. 13. Quorum inquit inuentes exitum conuersationis, imitemini & fidem.

Quare & ad
quid, habēda
commeratio
sanctorum.

Sentit

Sancti nostram salutem & pro memorem.
Sentit enim Ecclesia (nec destituta quidem in hoc scripturis) sanctos nostro desiderio salutis nostrae (uti unius eius demque nobiscum corporis membra , quæ sine nobis consummada non sunt . Hebr. ii.) teneri , & proinde

eos Deum pro nobis exorare , Deum quoque sanctos pro nobis sollicitos exaudire , & propter illos nobis bene facere . Exod. 32. Daniel. 3. Et ut non dubium est , sanctis sua esse merita , quæ tamen etiam Dei sunt dona , ita communis Ecclesiae consensu receptum est , ut pie oretur Deus , quo sanctorum suorum meritis precibusq; conce dat , ut in omnibus sua protectionis muniamur auxilio . non quidem ipsorum meritis ex se uerum per Christum dominum nostrum : cuius gratia & illi seruati sunt , cui etiam omne meritum illi acceptum ferunt .

Vt appellantur sancti.
III Nec damnandum est , si quis religiosa quadam pietate , & animi quodam ardore in commemoratione tam intimæ nostræ cum illis in Christo unionis , eos etiam nominatim appellat , sed extra preces , quæ ad altare offeruntur in quibus ad solum Deum patrem per Christum dirigenda est oratio . ut habet concilium Carthaginense tertium . Sicutamen ut tota fiducia in solum Christum Iesum omnis boni authorem reponatur , & nihil , quod Deo proprium est , sanctis tributatur . tantum uero ut considerui , qui iam meruerunt fieri supernorum ciuium confortes , non fecus , quam quoniam nobiscum adhuc in carne sunt , sancti Dei homines , adiuuandas nostras preces , apud Deum implorentur .

Vt muniri homines contra abusum invocationis sanctorum.
III Et quia facilis est hominum à uera pietate in superstitionem lapsus , diligenter ac sedulo , de his docendi sunt homines , hoc est de collocanda solum in deum fiducia , soli Deo sacrificia offerenda , solum deum , ut unicum salutis nostræ authorem inuocandum : sanctos uero non aliter habendos , quam sedulos apud Deum precatores , nostra

fræ salutis audios, eosdemq; nō in sua uirtute, sed in ipso
Deo (cui de illorum uictorijs gratiæ agendæ sunt) hono-
rando, & imitando.

Præclare certe Augustinus lib. 8. de ciuitate dei, cap.
ulti, non, inquit, constituimus martyribus tempa, sacer-
dotia, sacra & sacrificia: quoniam non ipsi, sed Deus eo-
rum, nobis est Deus, honoramus sane memorias eorum,
tanquam sanctorum hominum Dei, qui usq; ad mortem
suum corporum, pro ueritate certarunt, ut innoteſce-
ret uera religio, falsis religionibus uictis, atq; conuictis.
Quis autem audiuit aliquando fidelium stantem sacerdo-
tem ad altare, etiā super sanctū corpus martyris, ad Dei
honorem cultūq; constructum, dicere in precibus: Offe-
ro tibi sacrificium Petre, uel Paule, uel Cypriane; cū apud
eorū memorias offeratur Deo, qui eos & homines, &
martyres fecit, & sanctis suis angelis coelesti honore so-
ciauit: ut ea coelebritate, & Deo uero de illorum uictorijs
gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronariū,
& palmarum, eodem inuocato in auxilium, ex eorum me-
moriae recordatione adhortemur. Quæcunq; igitur adhi-
bentur religiosorū obsequio in martyrum locis, ad orna-
menta sunt memoriarū, non sacra sunt, uel sacrificia mor-
tuorum, tanquam Deorum. Hæc ille.

De reliquijs sanctorum.

DEs sanctorū martyrū ueris reliquijs, ea semp fuit in
ecclesia sententia, quod reuerenter & religiose ha-
bende essent, primū, quod hi sanctorū cineres, & ossa, ue-
luti quedā relīcta nobis pignora, & exuuię, nos eius, que
in illis fuit, fidei & charitatis cōmonefaciant: dum scilicet
recogitamus, hæc eadem ossa, quibus compaginatū olim
fuit corpus inabitantis gratiæ domiciliū, quibusq; co-
hæserunt membra, iampridē tempa spiritus sancti fuisse.
Qua recordatione fides nostra in Deum, non dubium,

Augu. de eu-
tu & inuoca-
tione sanctorū.

I
Ad quid reli-
quiae reueren-
ter habendae.

excitatur, ut quemadmodū illi per fidem uicerent regna, & operati sunt iustitiā, ita & nos eundem fidei spiritū habentes, eorum exemplo confirmati, aduersa omnia in domino uincere annitamur. Quamobrē etiā Deū, tam insignia saepe miracula, ad martyrum memorias, addidisse compertis est, nimirum, ut fidem suorū incenderet, & eos ad imitationem sanctorū prouocaret. Nā ut Augustinus; (cum ecclesiā, in miraculo ad memoriam beati Stephanī facto, plaudenter refert) quid, inq[uit], erat in cordibus exultantiū, nisi fides Christi: pro qua Stephanī sanguis effusus est.

II
Reliquiae resurrectionis adorantur.
Deinde reliquiarum uenerationem in hoc quoque utili-
lem iudicauit uetus, quod futuram resurrectionem, ta-
cito quodam affatu nobis promittant, & spem nostram
ad futuram glorificationem corporis expectandam eri-
gant, quod certe sum fit, dum recolimus eadem illa san-
ctorum corpora, quandoq[ue], et si immutata, ad uitam exci-
tanda, ac Deum nostrum, esse Deum Abraham, Deum
Isaac, Deum Iacob. Deum inquam non mortuorum, sed
uiuentium.

III
Reliquiae ab adoranda.
Non fidenda reliquia.
Nulla superstitio.
Nulla ad quæsum.
Sed quoniam hic facile surrepit supersticio, quod plus
rimus abusus hactenus ostendit, populus diligenter do-
cendus est, non fidere reliquijs, nec reliquias adorare: sed
in eis tantum exosculari sanctorum fidem, & charitatem;
atque hinc uitæ & doctrinæ recordatione accendi, futu-
raque resurrectionis spe fulciri debere. Verum & hoc in-
terim valde cauendum est, ne aliæ quam uera reliquiae,
& uera sanctorum martyrum monumenta habeantur:
neue ipsæ reliquiae ad questū exponant aut circumferan-
tur. Quod ita quoque in multis Synodis constitutū est.

De Imaginibus.

I Am & imaginum usum non in totum esse damnante-
dum, commyni ecclesiæ consensu probatur, sed hoc
omnino

omnino cauendum, ne illis aliter quam imaginibus utamur. quod tum sit, cum ad excitandam modo gestorum recordationem, & historiae memoriam adhibentur: ueluti cum imago saluatoris nostri non ideo statuitur, seu pingitur, ut ipsa quasi Deus colatur, uel Christi etiam cultus aliquis ad eam instituatur: sed ut proponatur tantum, ad admonendum homines, Christi, & eorum, quae pro nobis passus est, ut in eius amore incalescamus, cuius imaginem uidere desyderamus.

In primis ergo prouidendum est, ne ullae imagines, quae in uerarum rerum & hystoriarum in ecclesiam inuentantur. Deinde ne ad saeculi uanitatē adfingantur. denique ne in imagines ipsas ulla fiducia collocetur. Nam tum demum sine periculo retinentur, si nihil eis diuinitatis tribuatur, si nulla spes salutis in eis reponatur. sed tantum ad memoriam, & recordationē, ueluti quædam trophyæ rerum diuinitus gestarum habeantur, & quod imagine representatur, non autem ipsa imago ueneretur.

De Missa.

AD hæc omnis ecclesia Missam, in qua uerum corpus & uerus sanguis Christi conficitur, sacrificium esse consentit, sed in cruentum & spirituale. in ea enim (modo pie & religiose agatur) Deo quatuor spiritualiter offeruntur. Initio enim Christus, qui seipsum patri in mortali corpore cruentam, sufficientem, & bene placentem pro totius mundi peccatis hostiam cruci affixus obtulit, idem ille in Missa (quæ est omniū sacrorum sanctissima actio, & publicum in ecclesia ministerium) totius ecclesiæ nomine, representatio sacrificio, idem Deo patri immolatur.

Quod certe fit, cum ecclesia illum, eiusq; uerum corpus & sanguinem Deo patri, pro totius mundi peccatis

Nullus Christi cultus ad Imagines.

II
Imagines ne
false, ne uang
ne fidatur eis

Vt uerus
Imaginum.

In Missa Sa
crificium re
presentativum.

G ij

Vt immole-
tar Christus.

pia prece s̄sistit. Nam etsi oblatio illa in cruce semel facta transiit, non reiterabilis, uictima tamen ipsa immolata perpetua uirtute consistit, ut non minus hodie in con- spectu patris oblatio illa in ihs, qui eam Deo religiosa fide representant, sit efficax, quam eo die, qua de sacro latere sanguis & aqua exiuit.

III In quam sententiam patres corpus & sanguinem Chri- sti in altari præsentia, nunc precium pro peccatis totius mundi, nunc precium redemptionis nostræ, nunc uicti- mam salutarem appellare consueuerunt. Et Chrysosto- mus testatur, nos eandem hostiam, quæ semel oblata est, in sancta sanctorum semper offerre, atq; unum esse utro- bicq; sacrificium, unum Christum, & hic plenum existen- tem, & illic plenum sicutamen, ut quod nos agimus sacrifi- cium exemplar sit illius, in cōmemorationem eius, quod factum est semel. Nec ab re, Deus enim in hoc donauit nobis Christum Iesum filium suum, ut de nostris uiribus diffisi, deq; nostris peccatis nobis probe consci, illum ue- lut unicam & potissimam uictimam pro nostris peccatis satisfactoriam Deo patri repræsentemus. Ipse enim na- tus est, ipse datus est nobis, ut quicunq; in eum credimus, non pereamus, sed pacem cum Deo, reconciliati per san- guinem eius, habeamus.

III
Vt Ecclesia
scipiam of-
fess in Missis

Secundo. Ecclesia in hoc Missæ sacrificio seipsum quo- que, quatenus Christi mysticum corpus est, per Christū Deo offerre non dubitat. Dum, n. ex immolatione Chri- sti semel in cruce peracta spiritualiter agnoscit, nos in uni- uersum omnes perditos esse, nisi per unicam illam hostiā reconciliati seruemur, fit, ut uicissim se totam Deo conse- cret, quemadmodum Christus nos omnes in cruce porta- bat, & totius ecclesiæ causam gerebat, eam in se ipso Deo patri offerens. Sic ecclesia tantam oblationem pia deuo- tione recolens, se totam per Christum deo uiuo uicissim dedicat.

Et

Et quoniam ramos suos in præterita, præsentia, & futura tempora extendit, & membra habet non tantum, qui præsentem uitam adhuc ex fide uiuunt, sed etiā qui eum signo fidei præcesserunt: idcirco in hoc augustissimo sacrificio, quod per publicum ministerium consente fide peragit, cum recolit Christum ob id mortuum semel, ut & uiuorum & mortuorum dominetur, nō se diuidit, sed uelut se totam colligens non solum presentium, sed & sanctorum, quos iam certo apud Deum uiuere nouit, & aliorum quoque fratrum & sororum, (qui in domino, sed non defecati satis, obdormiuerunt) meminit, ac testatur se in hoc sacrificio unitatē corporis Christi intelligere: sc̄p per fidem tum illorum, qui apud Deum uiuunt, societati, sui communicatione copulari, tum cæterorum omnium in Christo membrorum pia solicitudine & caritate tangi & teneri.

Quamobrem patres testantur ecclesiam in eodem sacrificio, non solum memorias martyrum, cum ad extandam imitationem, tum ut meritis eorum consocietur, religiose celebrare: sed & pro fidelibus defunctis in uniuersum supplicare, atq; adeo horum animas eiuscmodi precibus subleuari: qui tamen ut hoc eis post mortem prodeesse possit, in hac uita sibi per fidei meritum compararunt,

Tertio, in missa sacrificium laudis, quæ huius quoq; VII constitutionis finis est, offertur, hoc est sacrificium fidei spei & caritatis. atq; id in primis gratiarum actionem complectitur, quam pro illo summo beneficio, & nobis, & uniuersæ ecclesiæ collato, persoluimus, propter quam tremenda & reuerenda ista mysteria, Eucharistia appellantur, quod sint beneficiorum recordatio plurimorum, caputque diuinæ erga nos caritatis ostendant, nosq; faciant debitas Deo gratias semper exoluere. Gratiarum

Oratio pro
defunctis.

Sacrificium
laudis, quod
cū gratiarum
actione.

actioni cōmunicatio & cōfessio doctrinæ, obsecrationes, orationes, postulationes & preces pro omnibus homini- bus, & pia uota, sacrificia certe spiritualia & Deo grata, coniuncta sunt, quę etiā in præsentia tanti sacramenti magis efficacia & plus ualere cēsentur, ut.n. Cyprianus inquit, In huius ueracissimi et sanctissimi corporis præsen- tia non superuacue mendicant lachrymæ ueniam : neq; unquam patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Hic Hierarcha pius, quem Spiritus sanctus compungit, excitat, in habitat, & sanctificat, eleuatione manuum cru- cis mysterium repræsentans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia. Hactenus ille, in sermone de Cæna Domini.

VIII
Oblationes
ad missam.

Postremo Ecclesia & dona quædam, tam panis quam uini, ex quibus partim corpus & sanguis Christi confi- ciebantur, offerebat, partim & eleemosynæ siebant. Et iustum est, quod populus in hoc sacrificio se non tantū uerbis Deo consecret, sed & symbolo aliquo externo te- stetur, quod se totum dedicet Deo. Nam is mos in ecclesijs penè abolitus est: cum olim omnibus diebus domini- cis panis & uinum, & res aliae, ab omnibus tum uiris tu- mulieribus ad altare offerantur, quemadmodum de- creta, quę Fabiano tribuuntur, testantur.

IX
Canon missæ
ut intelligen-
dus.

Iam si Canon ille Missæ (quem ueteres solennem & prolixam precem super panem & calicem trifarie dige- stam appellarunt) in hunc, quem diximus sensum, intel- ligatur, nihil habet incommodi. superstitiona tantum ab sit opinio: quia quidam, de natura & energiā huius san-ctissimi sacrificij male edocti, virtutem eius ex solo exter- no opere, quod facit sacerdos, in se deriuari putant: ta- meti illi nullam uitiam fidem adferant, nullam pietatem adhibeant, nulla cōmunione, uel precum seu orationis, sacrificio assensum prebeant. Quales sunt, qui nulla sua nefandæ

nefandæ impietatis & execrandorum flagitiorum habita ratione, in peccandi proposito perseverantes, se huic sacratiſſ. ac diuiniss. actioni damnabiliter miscent, persuasi ſibi Missam, ſoliuſ extermi operis, quod ſacerdos facit, uirtute prodeſſe. Etsi ipſi nihil probæ mentis adferrent. Quæ opinio damnanda eſt, atq; etiam tales, ſi publica ſint crimina, à ſacris arcendi, ſi occulta, ut ſe à tam tremendis mysterijs, dum reſipuerint, ſubtrahant, docendi ſunt.

*De Missa exhibuerunt Protestantes proprium
ſcriptum, signatum. G.*

De uero administratione ſacramentorum, & ceremoniis quibusdam ſpeciatim. Et primum de administratione Missæ.

SVNT ex una parte, quibus peruafum eſt, missam per Sagis non debere, niſi adſint, qui cum ſacerdote ſacrifiſſante ſacramenti corporis & ſanguinis ſumptione cōmunicent. Quod eo fine hoc ſacramentū primū p. Chriſtū iſtitutū & cōmendatū ſit, ut unus panis & unū corpuſ multiſimus: quod ex uno pane & uno calice partiçipamus, atque nunc fuisse ueteris Ecclesiæ morem aſtrunt.

Sunt ex altera, qui exiſtimant missam etiā pie celebraſi, ſi modo adſint, qui ſpiritualiter tātum cum ſacerdote cōmunicent, & ſacrificio cōſenſum p̄r̄b̄eant. Et ſi horū quoq; ſententia populus docendus, & diligenter admonendus ſit, ut quā ſæpiſſime cōmunicet & qui quotidie peccat, quotidie quoque anhelet ad ſumendam medicinam. Atque hanc ſententiam, ne cum ueterum quidem more pugnare dicunt, ac etiam putant hunc uolum iuſtificationi Christi nihil p̄r̄iudicare, quod Sacerdos hoc

Miſſa nō ha-
bienda fine cō-
municatibus
ſacramenta
liter.

II
Si adſint cō-
municantes
ſpiritualiter
poſſe habere
Miſſam, etiā
ſi defuncti cō-
municantes
ſacramentaliter

hoc publicum in ecclesia ministeriū gerens, se omnibus qui toto terrarum orbe hoc sacramento participant, per fidem adiungat. Ad hæc uerentur isti, né si hic usus ex ecclesia tollatur, fieri posse, ut (quæ est hominum presentis tempestatis in frequentandis mysterijs accidia) hoc sacrificium laudis, quod Christus in ecclesia frequentissimum esse uoluit, quam rariissime celebretur. Ac demum etiam in totum fere omittatur.

Huius sententiæ nos sumus, sed consilium quod sub iungitur in libro, num id tale sit, ut eo possit tranquillitate ecclesiarum utrinque commode & Christiane consuli, relinquimus Cæsareæ Maiestati & sacri Imperij ordinibus expendetidum. Iulius Pflug, Ioannes Gropper.

Hic quoniam utriq[ue] de sua sententia sunt persuasi, fieri forsan possit, ut singuli in suo sensu abundare permittentur, ne hi qui sine communicantibus sacramentaliter, cum astantibus tamen & consensum sacrificio præstantibus, sacrificium offerunt, damnarentur. Illi uero non cogerentur aliter quam præsentibus communicantibus missam habere.

De Sacramento Eucharistiae integre dispensando.

- I **R**ituum sunt ex una parte, qui dicunt Sacramentū corporis & sanguinis sub utraque specie populo administrari debere, quod id Christi mandato & institutioni, & mori ueteris ecclesiæ sit consentaneum. Debeti integrum sacramentum dispensari.
- II Sunt ex altera, qui cum existimant hoc potissimum in sacramentis spectandum, quo signatis magis quam signis fruamur & acquiescamus, ac constet interim sub una

una tantum, quantum sub durabus speciebus contineri, non ut impium damnandum esse, quod ecclesia se iam multis seculis laicos una specie contentos recte communicare, & nihil contra institutionem Christi facere est arbitrata, eo maxime, quod Christus eam autoritatem ecclesiae reliquissime uideatur, ut in externis Sacramentorum ceremonijs eam moderationem adhibere possit, quae pro ratione temporum & locorum fidelium salutis, cum sufficiere, tum cōmodare existimetur.

Verum cum iam plurima in Germania plebs persuasa sit, Christi mandatum & institutionem requirere, ut integrā Sacra mentia accipiat, & omnino cauendum, ne quis adhac sacrosancta mysteria participanda cum mala conscientia accedat, opera & precium uidebitur, si Ecclesia, ad medendum his malis, omnibus liberum faciat, sub altera uel utraq; specie cōmunicare. Sic tamen, ne hinc cuiquam illa ansa præbeatur, receptam hactenus in Ecclesia consuetudinem temere damnandi, uel posthac iniucem iudicandi. Certe ceremoniam istam communionis utriusque speciei ad necessitatem alligare, absurdum fuerit, uel propter abstemios, agrotos, & similes, qui à uini specie plane abhorrent.

Deutroq; Articulo præmisso Protestantes suum scriptum exhibuerunt signatum. H.

Qua lingua, sacra exhibenda.

Deniq; sunt ex una parte, qui postulant Sacra ^Imenta ea lingua administrari, quæ à populo intelligatur, ad omnia respondeat, Amen. In quo Paulum Apostolum. 1. Corinth. 14. authorem citant,

Liberum fer-
cendum u-
traq; vel alte-
ra specie uti.

Cur utraq;
species Sacra
menti permis-
tenda.

Omnia sa-
cra, lingua
vulgari.

H

Sunt ex altera, qui putant in Latina Ecclesia Latinam lingua retinendam esse, ac sufficere arbitrantur, si populus subinde in concionibus de his, quae in Missa aguntur, clare ac diligenter edoceatur, ac admoneatur singularis actionibus suum adhibere consensum, pioq[ue] desiderio apud Deum ambire, ut publicis Ecclesiae uotis aure suae benignitatis accōmodet; si tamen ad haec populo, quod Epistole nomine, & quod ex Euangelio recitatur, lingua ab eo intellecta explicetur. Atq[ue] hi etiam uerentur, ne si haec summa mysteria, ad tantam ac tam promiscuam multitudinem (que est presentis Ecclesie facies,) lingua uernacula frequenter adferantur & decantentur, fore ut ab impijs & male institutis, in canticum & proverbiū uerantur; atq[ue] ita impingatur in id, quod inhibuit Christus. ne scilicet sanctum canibus detur.

Quedam modo vulgari lingua reliqua Latina.

III
Conciliatio de usu lingue facilis.

Verum hic facile aberuditis & pijs uiris ea moderatio inueniri ac institui poterit, quo fiat, ut neq[ue] dignitati sacramentorum quicquam detrahat, nec sancte plebi prius rerū, que geruntur intellectus, & suū Amen subtrahat.

De antiquis ritibus in Sacris.

I
Ritus vulgares sacerorum expurgandi.

E T cum antiquæ obseruationes & ritus, qui circa sacramentorum administrationem nobis quasi per manus traditi sunt, raram pietatem redoleantierunt quoq[ue] diligendi uiri tum docti, tum pij, qui eosdem ritus ac formulas diligenter inspiciant & examinent, ut si quid forsitan irrepererit, quod ad pietatem nihil faciat, id tollatur, & antiqua puritas & sinceritas sacris restituatur,

De disciplina Ecclesiastica.

I Hanc constat in Ecclesia quam maxime necessariā esse, quod ea sola fidei ac spei nostrę retainaculum sit, & custos itineris salutaris, dux, magistra, fomes, & nutrimentum uirtutis, quae facit in Christo & unitate corporis

poris eius semper manere, iugiter in Deo ad proximi utilitatem uiuere, & ad promissa coelestia, & diuina premia peruenire: quā sectari salubre, negligere loetale est. Quē admodum D. Cyprianus docet. Hæc est quam Apostolus Timotheo ac Tito Episcopis præscribit, ut norint, quomodo eos oporteat in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei, columna & firmamentū ueritatis. i. Tim. 3.

Quam uice
faria & salu-
tatis discipu-
la sit.

Iam ut hæc, ob nimiam rerum præsentium exulcerationem, subito ad seueritatem antiquorum Canonum reuocari non possit, anniten dum tamen modis omnibus est, ut saltem, quoad fieri potest, Ecclesiæ restituatur, ac inde dies magis ac magis augescat.

II
Vt, si non ad
summam per
fectionem,
aliquo tamē
disciplina per
ueniarur.

Est autem in Ecclesia duplex omnino disciplina spe-
ctanda & requirenda, una cleri, altera populi.

III
Disciplina
Cleri.

Vt autem cleri disciplina instituatur, ante omnia necessarium est, ut ad gubernandas & regendas Ecclesiæ, ac alia publica ministeria gerenda, nulli nisi probati & idonei assumantur. Id quod debet in omnibus omnium graduum ministris, tam summis, quam medijs & infermis, obtineri. In usum itaq; reuocandæ sunt canonicae electiones & electorum examinationes, manuum impositiones, confirmationesq; ad apostolicam regulam & veteres canones exigendæ. Et omnino prouidendū, ut quæ gratis impari Christus mandauit, gratis quoq; dentur, & omnis omnino simoniae labes ab Ecclesia tollatur. Itē, ut nulli, nisi ad certum ministerium, ut habet Chalcedonense Concilium, ordinentur.

III
Ad munia
Ecclesiæ ran-
tum probati
& idonei.

O coelestem
sententiam.
quid pro te
imperanda,
non erat faci-
endum & pa-
tendum.
Reuocandæ
canonice ele-
ctiones, Exa-
minationes,
Ordinatio-
nes.

Removenda
omnis simo-
nia.

Deinde ut quilibet suum officium sedulo ac diligenter faciat & exequat, ac interim caueat, ne falcam suā in messem alienam mittat, secundū ueterum Canonum instituta. Et inter cætera, ut Episcopi Germaniæ, qui cū Ecclesiæ regimine, imperatorj beneficio, ciuilem administrationem coniunctam habent, eam quam debent Ecclesijs

V
Vt suo quisque
officio intue-
bar.

O diuinum
& necessarium
consilium.

curam, præcipuam habeant, & in hoc potissimum sint, ut Ecclesijs ubiq; de idoneis ministris prospiciant, manus nemini cito imponant. i. Tímoth. 5. sed viros constituant boni testimonij, plenos Spiritu sancto, ac sapientia, non ad ocium, sed super opus. Act. 6.

VI
Vita & mo-
res ministe-
rii digni.

Insuper, quod nihil magis necessarium est, sedulo in uigilandū erit, ut uita ac mores ministrorum, sua professione digni sint: ut primū uita, deinde doctrina populū instituant: ne quos sermone ædificant, destruant exēplo, utq; singulorum ministerijs mores quoq; respondeant.

VII
Episcopus &
Presbyter
idem.
Canon Pau-
li reuocan-
dus.

Hic optimus habendus est preceptor Paulus, qui qualem oporteat esse Episcopum, quē & presbyterum appellat, & quales diaconos, suū Timotheum ac Titum diligenter edocet. Ex qua Apostolica formula penè omnes antiqui Canones, qui de uita ministrorum sunt, dimanauerunt.

VIII

Et quoniam uiderunt Patres, Paulo quā maxime curae fuisse, ut qui ministrarent Ecclesijs, ab omni sollicitudine liberi, ea tantum quae Domini sunt curarent, atq; eū qui cum uxore est, de ihs non posse non sollicitū esse; quē sunt mundi. i. Co. 7. plurimū semp fuerunt propensi ad indīcendā ministris perpetuā cōtinentiam: et si in hac re non eadem seueritate uetus & recentior Ecclesia usa fuisse reperitur.

IX
Nē quis sacer-
dos uxorem
religiōis pre-
textu abij-
ciat.

Exclusi sacer-
dotali ordi-
ne, qui duas
uxores, ui-
diām, &c.

Vetus enim ecclesia eos, qui tantum unius uxoris mariti essent, ad sacerdotium ascivit, ac decreuit etiam, ne tales uxores suas religionis obtentu abiijerent: ut habet Canon Apostolorum 6. Gangarensis conciliij. 4. & sententia Paphnutij in concilio Niceno recepta. Eos uero, qui post baptismum duabus nuptijs implicati fuissent, aut cōcubinā habuissent, aut uīduā duxissent, aut diuortio separata à uiro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquā, quae publicis spectaculis mancipata fuisset, à sacerdotali conseruatio-

Sortio excludebat; ut habet Canon Apostolorum. 18.

Ceterum ihs, qui coelibes ad sacerdotium uel diaconatum peruenissent, matrimonio interdixit, ut habet Canon Apostolorum. 27, nisi tamen diaconi in ipsa ordinatione protestati fuissent, se uelle habere uxores, nec posse se continere. hi enim si ad nuptias uenissent, manebant in ministerio, propterea quod ihs Episcopus licentiam dedit. Eos uero, qui nulla protestatione facta, contra tacitam professionem nuptias contraxissent, a ministro tantum submouebat: hoc est, offerre, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotialibus officijs perfungi non permittebat, laica tamen communione eis concessa, ut habet Canon concilij Ancyranij. 9.

Deniq; qui cōtra expressam professionem et uotum, XI

matrimonium contraxissent, excommunicabat: sed interim ea erat apud Episcopum loci authoritas, ut talibus Matrimonii confitientibus humanitatem facere posset, ut habet Canon concilij Chalcedonensis .15, & 16. Matrimonium etiā post uerum initū, dī uero non diremit, ut testatur August. Canone, nuptias, rimi tamē nō dēbet.

27. quæstione, I.

Porro ne Episcopus, aut quisquam exclero subintro XII ductam mulierem haberet, omnino uetabat, ut habet Canon. 3. Synodū Nicenæ. Clericos uero in fornicatione depræhensos extra Ecclesiam abiecit, & ad pœnitentiam inter laicos agendam redegit, ut habet Canon 1, cōciliij Neocæsariensis.

Postea recentiores Canones coniugatos ad sacerdotium seu diaconatum promoueri ueterunt. Presbiteros quoque & diaconos, qui ante ordinationem nuptijs iuncti fuissent, abstinere ab omni opere coniugalī, atq; adeo separari a coniugibus iusserunt. Matrimonia quoque qui presbyteri seu diaconi post susceptum ordinem contraxissent, diremerunt, & irrita declararunt. In hac

Et id impie,
ut indicarunt
ueteres.

H. iiiij

Id fieri et nulla remanebit de consilio factorum controversia.

Ergo Canonum diuersitate, si postremi Canones omnino posthac retinendi sunt, necessarium erit, ut censuræ, quæ in fornicarios in ueteribus Canonibus distinguntur, in usum quoque reuocentur, ne publicum scandalum ex impura ministrorum uita Ecclesiæ ingeratur.

De cœlibatu Protestantes exhibuerunt suum

scriptum, signatum. I.

XIII^{ta}

Doctrina parochorum.

Formula conditionis doctrinae christiana parochis paranda.

Post uitam cleri recte institutam, pari cura prouidentum est, ut parochi puram & sinceram doctrinam populo tradant, ut sanam habeat uerborum formam: cuius finis sit, ea quæ uerae fidei, & charitatis sunt, reiectis omnibus fabulis & questionibus curiosis, sedulo inculcare, Quemadmodum Apostolus docet. quod finis precepti sit charitas, de corde puro, conscientia bona, & fides non simulata. Item, ut uerbum sine ullius contumeliam, sed absq; contentione spargant, ab errore caueant, falsam doctrinam arguant, sanæ uero doctrinæ fortiter adhaescant. In quo opus erit, ut breuis aliqua formula, que doctrinæ summam contineat, publica authoritate edatur, ad quam ubique parochi suas conciones exigant.

XV

Nihil nisi ex scripturis de promptu, in templis legitur & recitetur.

Prouidendum est quoque, ut in Ecclesia nihil, neque in precibus, neque in hymnis, neq; in lectionibus quamq; ex Scripturis, et receptis authoribus depromptum est, recitetur. Itē, ut externi ritus, qui ad pietatem, honestatē, ordinē, & tranquillitatē Ecclesiæ faciunt, obseruentur.

XVI

De correctione Monasteriorum.

Et cum diuersitas ordinum, monasteriorum, & plerique abusus, qui in monasterijs committuntur, multis scandalo sint: nec monastice eum fructum presenti Ecclesiæ adferat, quem attulit olim: reformationi quoque eius inuigilandū est, ut posthac sint monachi, apud quos doctrina Christiana uigeat, qui linguas, & bonos authores conseruent. Scripturas scrutentur & explicit: conzionibus

AD COMPOSITIONEM RELIGIONIS.

55

cionibus & se, & populum instituant; sicut tamen, ne parochis in officio præjudicent, ac ea faciant, quæ eos anti-qui Canones facere debere censuerunt.

Vt autem tales in Ecclesia ministri, ac etiam monasti-
ces professores haberi queant, constituendæ sunt apud
cathedrales, & collegiatas Ecclesiæ, & in monasterijs
scholæ, quibus præficiantur tiri tum docti, tum pñj.

Et quoniā operarius dñgnus est mercede sua & mini-
stris Ecclesiæ, & professoribus honesta stipendia seu sala-
ria conferenda sunt, ne egentes in suo munere tepeſcāt,
Stipendiado
centum.

Postremo, ut hæc omnia in perpetuo cursu retinean-
tur, habende sunt suis téporibus Generales, Nationales,
Prouinciales, Episcopales, Archidiaconales, & aliae sy-
nodi; in quibus de omnibus istis diligens inquisitio fiat.
Itē ut gradatim appelletur, et secundum ueteres Cano-
nes, de causis Ecclesiasticis ordine & rite cognoscatur.

De disciplina populi.

CVM in sancta plebe sint senes, anas, iuuenes, puel-
lae, mariti, uxores, parentes, liberi, domini, serui;
sint item diuersa uiuendi genera, & uocationes, cu-
re erit Ecclesiæ ministris, ut omnes & singuli suam
uitam & mores ad doctrinam Euangelicam confor-
ment, ut uocationi syæ seruant, & tranquillitati stude-
ant & paci.

Deinde usus clavium, qui iurisdictionis dicitur, in II
Ecclesiam, quoad fieri potest, reuocandus est, & censura
Ecclesiastica, secundum Apostolicam & ueterum Cano-
num censuram restituenda, ut qui publice criminosi sunt
& impuri, seu refractarij & contentioli, & qui Ecclesiæ
scandalio sunt, à communione, & sacris, donec resipue-
rint, arceantur & prohibeantur.

Poenitentia quoque publica, quantum fieri potest, in III
ysum reuocanda; ut non nisi facta ēfōmolōgīa & obtēta
reconciliatio poenitentia publica.

XVII
Scholæ refi-
tuendæ.

XVIII
Synodi ha-
bendæ.

Vt singuli ad
suam uocati-
onem insi-
gniantur.

Censura ec-
clesiastica

reconciliatione, qui publice deliquerunt, in Ecclesiam recipiantur. Idque ad eam moderationem, quam præsentia tempora ferant.

4. Postremo de ieuniis, de delectu ciborum, ferijs, & similibus corporalibus exercitijs, quæ partim ceremonia alia sunt, partim disciplina, facile conuenerit, si viris aliquot, pījs iuxta ac doctis, hoc negotiū delegetur: ut hæc omnia ad eam moderationem reducant, quo nulli laqueum iniiciant, seu oneri sint, sed ad exercendam pietatem & opera uere bona (de quibus Decalogus & Euangeliū præcipit) nos reddant alacriores.

Tertiolos.

ARTICVLI PROTESTAN⁵⁷

TIVM, SVPER IIS ARTICVLIS COM-

positi, à quibus dissentiebant, uel quos
non poterant simpliciter, aut
totos recipere.

De authoritate conciliorum.



R^acipua reuerentia post Deum & uerbum A¹
Dei debetur Ecclesiae, quam Deus adeo di-
lexit, ut suum filium unigenitum uictimam
pro ea esse uoluerit, quam donat Spiritu suo,
in qua celebrari uult in uita æterna. Est igi-
tur pietas, diligenter & grato pectore omnia dona, qui-
bus ornata est, colligere & considerare, quam mirabiliter
eam inde usq^{ue} ab initio rexerit. Habet filium Dei saluato-
rem, Euangelium, Spiritum sanctum gubernatorem; ha-
bet ministerium per Patres, Prophetas, Christum et Apo-
stolos propagatum: habet pastores, & ius uocandi mini-
stros ad propagationem & conseruationem Euangeli;
habet dona excellentia, intellectum & interpretationem
doctrinæ diuinitus traditæ, quæ est sapientia arcana, alie-
na à iudicio rationis, de Dei uoluntate, sicut dicitur. Eph.
4. Dedit alios Apostolos &c. habet & administrationē
sacramento, & suam quandam iurisdictionem & sua
iudicia. Sed semper tenenda est regula, Maiores esse au-
thoritatē uerbi diuinī, nobis propositi in Scripturis Pro-
pheticis & Apostolicis, quam ullius hominis, ullorum
Episcoporum, ullarū Synodōrum, aut totius Ecclesiæ.

Agnoscimus autem hanc triplicem authoritatem cō-
petere uerae Ecclesiae. Primam testificandi de Scripturis
Apostolicis, seu discernendi Apostolorū scripta à suppo-
sitūs. Cum enim circumferrentur titulo Apostolorum

Dignitas &
dona Ecclesie.

Maior autho-
ritas uerbi
dei in scrip-
tis reuelati, q̄
omnium ho-
minum & cō-
ciliorum.

Conuenit cū
parag. quart.
& quint. Aris
cui huius in
libro.

z

I

ARTICVL I

54
dissimiles libelli, retenti sunt ij, quos meminerant Ecclesiae certo traditos esse ab Apostolis, seu fide dignis autho-ribus. Postea universalis consensus his retentis, repudiauit alia dissentientia. Narrat enim Eusebius, singularem adhibitam esse curam, conseruandi scripta tradita certa authoritate, & discernendi a ceteris temere sparsis.

3 Etsi igitur singulare opus & beneficium Dei est, conseruatio certorum Propheticorum & Apostolicorum scriptorum, tamen agnoscenda est hic & diligentia & authoritas Ecclesiae: quae partim testificata est de certis scriptis, partim iudicio spirituali indigna & dissentientia a reliquis Propheticis & Apostolorum scriptis repudiauit. Quare Augustinus commendat nobis authoritatem primae Ecclesiae, recipit scripta catholico consensu prime Ecclesiae comprobata, Manichaeorum recentiores libellos repudiat: ideo, inquit, Euangeli non crederem, nisi me Ecclesiae Catholicae commoueret authoritas: mox ueris significat consentientibus testimonij prima Ecclesiae, ne dubitet hos libros esse traditos ab Apostolis & dignis fide.

4 Secundo, tribuenda est authoritas ueræ Ecclesie, quod penes eam est uerus intellectus, seu interpretatio Scripturæ. Retinet enim fundamentum, & habet donum interpretationis, ut Paulus inquit, sed alias purius, alias impurius. Cum Samosathenus furens, nollet uerbum Ioannis, id est persona interpretari, conuenerunt uicini Episcopi, & ostenderunt ex ipsa narratione Ioannis & alijs locis uerbum intelligendum esse de persona, & simul testati sunt hanc fuisse sententiam Catholice Ecclesie, traditam inde usque ab Apostolis.

5 Cum Pelagius sparsisset opinionem philosophicam, de iustitia legis, & ex Origenis scriptis aliqui maxima pars hominum similes opiniones hausisset, accendit Deus Augu-

Authoritas Ecclesie non in testificando solum, sed etiam spiritu alteri iudicando. Conuenit cū parag. ter. & quart. Articuli in lib.

Interpretatio Ecclesie. Convenit cū par. sexto, sept. & octavo Articuli in libro.

Augustini affectus, ut errorem uideret & confutaret, ac monstraret doctrinam de Gratia,

Ita est quidem donum interpretationis penes uerā Ecclesiam; sed non est certis personis aut locis alligatum, & aliás est in pluribus, aliás in paucioribus, aliás magis, aliás minus illustre, aut purum. Sicut Paulus inquit, quosdam supra fundamentum stipulam struere.

Cum igitur in Ecclesia sit donum interpretationis, audire Ecclesiam docentem necesse est. Et qui habeant donum, hæc duo ostendunt, Scripturæ testimonia uere consentientia, & catholicus consensus. Vocamus autem catholicum consensum, Patrum, Prophetarum, Apostolorum: & certis testimonijs tradita ab Apostolis, & quæ cum his testimonijs uere congruunt. Sicut narrat Origenes, Baptismum infantum ab Apostolis acceptum esse. Irenaeus narrat se accepisse doctrinam de duabus naturis in filio Dei à Polycarpo, Polycarpum à Ioanne. Tazia sunt multa exempla in scriptoribus, quæ tanquam historiæ primæ Ecclesiæ, ostendunt, quid illa senserit, Cumq; he sententie cum Scripturis apte congruant, multum ualent ad confirmandas mentes piorum. Sed fides innititur uerbo Dei tradito per Prophetas & Apostolos. Fortasse Ethnicus legens illa, Et Deus erat uerbum &c. non cogitaret uerbum personam intelligi. Ideo audienda est Ecclesia, in qua, catholicus consensus interpretatur personam. Admoniti ergo pīj, & adiuti alijs dictis, assentiuntur, & credunt articulum propter uerbum Dei, atque ita uere inuocant filium Dei, quem non possent in uocare, si fides ex humana autoritate penderet. Hæc sunt manifestissima.

Illud autem affirmari non potest, hunc uerum intellectum & donum interpretationis, esse penes impiam multitudinem, quamvis hæc sit in externa societate

Confensus
Catholicus.
Conuenit cū
par. nono &
ticipi libri.

Fides noster
semper uer-
bo domini.

Donum inter-
pretationis

Iij

~~non est penes
empiam mul-
tiudinem.~~

Ecclesiæ. Multo minus tribui potest hoc donum prophanis, & ihs, quos oportuit esse propter nota criminæ ex cōmunicatos. Sed intellectus uerus & donum interpretationis ad pios pertinet, sicut dicitur. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt sp̄ritus Dei.

9
Iudicium do-
ctrina est pe-
nes Ecclesiæ.
Comenit cū
parag. undeci
mo Articuli.
in libro.

Tertio, tribuenda est Ecclesiæ authoritas constituerendi iudicia de doctrina: imò mandatum Domini est, ut Ecclesiæ exorientes controuersias cognoscant & pronuncient, iuxta uerbum Dei, recte intellectum, ut ait Paulus, Si quis aliud Euangeliū docebit, anathema sit, eaçq; in re possunt adiuuari testimonij primæ Ecclesiæ Catholicæ, quæ ab Apostolis tradita leguntur. Hæc enim uocamus consensum Catholicum; sed semper sit præcipua authoritas uerbi Dei.

10

Cum igitur pronunciatur iuxta uerbum Dei recte intellectum, necesse est omnes parere: sicut recte pronuntiarunt aliquæ piæ Synodí. Obtemperat igitur Ecclesia talibus iudicijs, quia imperitiores melius agnoscunt iam sententias traditas in uerbo Dei, & confirmantur cum uerbo Dei: tum etiam admoniti de testimonij Catholicis, quæ leguntur ab A postolis accepta. Sic nostræ Ecclesiæ nobis assentiuntur contra Anabaptistas & alios. Cum autem possit accidere, ut plurimæ personæ in Synodo, ut Syrmensi, sint impiaæ, etiamsi aliquæ sint piæ, ut ibi Osius habebatur, fatendum tamen est, Synodos generales, & prouinciales errasse, & errare posse præterea, etiam pñ habent suos lapsus, ut ostendunt scriptorum multa in cōmode dicta.

De Sacramento Corporis & sanguinis Domini.

B.

Christus inquit, Accipite, manducate, hoc est corpus meum: & deinde, Hic est sanguis meus. Ideo fatemur

fatemur in Cœna Domini uere & realiter corpus & san-
guinem Christi adesse, & cum pane & uino exhiberi su-
mentibus. Sicut & Hilarius inquit, Domini professione,
& fide nostra, uere caro est, & uerè sanguis: & hæc acce-
pta & hausta, faciunt ut & Christus in nobis, & nos in
Christo simus: adest igitur Christus, & est efficax in su-
mentibus.

Triplex autem finis est. Primus, ut hac sumptione ad-
moniti, recordemur passionis & resurrectionis Christi:
& erigantur pie mentes, fide agnoscentes filium Dei pro
nobis passum esse, nos ablutos esse sanguine Christi, nos
iam factos membra, & habere reconciliationem propter
filium Dei: hac fide, per sacramentum, applicatur nobis
gratia. De hac fide concionatur Christus ipse, inquietus,
Hoc facite in mei recordationem: uult enim nos retine-
re memoriam passionis & promissi beneficij: nec uult
tantum historiæ memoriam conseruari, sed uult ut hec
beneficia in usu sacramenti nobis fide applicemus.

Secundus finis est, ut Deo pro immensa misericor-
dia erga nos, & filio nobis dato, uicissim gratiā agamus,
in usu huius sacramenti.

Tertius finis est, ut facti membra unius Christi, admo-
neamur de mutua dilectione: quare Paulus inquit, Si
cūt unus panis est, ita unum corpus multi sumus.

Semper autem de sacramentis regula tenenda est, esse
ea principaliter testimonia voluntatis Dei erga nos, seu
gratiæ, postea alij fines accedere possunt.

Docemus & hoc, neminem ad usum huius sacra-
menti idoneum esse, perseverantem in delictis contra consci-
entiam: nec admittendos esse eos, qui obnoxii sunt ma-
nifestis criminibus. Docemus igitur Apostolicam regu-
lam, Probet se ipsum homo, & sic de hoc pane edat. Ut
autem Irenæus inquit, Eucharistiam constare duabus

Præsentia &
exhibitio cor-
poris & san-
guinis domi-
ni, conuenit
cum parag. i.
Art. huius in
libro.

Uetus huius sa-
cramenti,
conuenit cum
parag. ter. in
articulo libri.

Sacramenta
signa gratiæ,
conuenit cū pa-
ragra. art. de
Sacramentis
in communī
paragra. pri.

Nemo ad Eu-
charistiam ad-
mittendus,
qui uiuit in
manifestis
peccatis.

ARTICULI

62

Non obuenient rebus, terrena & coelesti, & Paulus ait, Panis quem frane-
cā affuso art.
tulus par. pr.
en libro. gimus, participatio est corporis Domini: ita nos doce-
mus, cum pane consecrato exhiberi corpus Christi su-
mentibus: nec docemus fieri transubstantiationem, ut
uocant, seu abiisci substantiam panis: & sequimur mule-
torum Patrum firma & perspicua testimonia.

De secundo paragrapho in articulo

de pœnitentia.

Idcirco peccata saltem loetalia, quorum sibi
quis conscient est, & quæ conscientiam per
plexam tenent. &c.

Absolutionis
beneficium re-
spondendum.

Emmeratio
peccatorum
nō necessaria

DE hac parte respondemus, retinendū esse in Eccle-
sijs ministerium priuatæ absolutionis, quæ est uox
Euangelij, sonans per ministros, & simul appli-
cans remissionem peccatorum. Id beneficium pijs & pa-
uidis conscientijs gratissimum est, quæ ab ipsa uoce con-
firmantur, ut statuant Euangelium, non solum alijs gene-
raliter, sed singulis etiam promittere remissionem, & cui
que applicare Christi promissionem. Hæc confirmatio
salutaris est ijs, qui luctantur cum ueris pauoribus. In-
terim tamen in Ecclesia extare & hanc doctrinam neces-
se est, quod enumeratio delictorum nec mandata sit iure
diuino, nec necessaria, & quod sine ea peccata remit-
tantur contritis & fide se sustentantibus, sicut & Prosper
testatur. Illi, quorum peccata humanam notitiam latent,
non ab ipsis confessa, nec ab alijs publicata, si ea confite-
ti uel emendare noluerint, Deum quem habent testem,
ipsi habituri sunt & ultorem. Quo si ipsi iudices fiant, &
ueluti suæ iniuritatis ultores, in se uoluntariam pœnam
seuerissimæ animaduersionis exerceant, temporalibus
pœnis æterna mutabunt supplicia, & lachrimis ex uera
cordis contritione fluentibus, restinguent æterni ignis
incendia. Hæc Prosper. Et

Et coniūcientur conscientiæ in periculosaſ dubitatioſ 2
nes, ſi putarent omnium enumerationē necessariam eſſe,
Sed tamen, quia multi propter ambiguoſ caſuſ opus ha-
bent conſilio, ideo hortādi ſunt homīneſ, ut addant enu-
merationem, ut iuuari conſilio, aut excitari magis ad pœ-
nitentiā, & de multis rebus admoneri poſſint. Nam pru-
dens pastor in eo colloquio melius iuittuere conſitenteſ
poſteſt, cuſ animaduertit quibus, aut erroribus, aut uitiis
impiicituſ ſit. Accedit & hoc, quod ipſa cogitatio de enu-
meratione, ſubijciat conſpectui noſtro turpitudoſ pec-
catorum, & magis admoneat noſ ipſoſ de ira Dei: & hec
diſciplina prodeſt rudibuſ, cum hac enulementione col-
ligere & diſcernere peccata diſcunt. Sed tamen teneatur
doctrina, fide propter Christum accipi remiſſionem, nō
propter enulementioneſ, ſeu confeſſioneſ.

Illud etiam admonendum eſt, pertinere ad officiuſ
paſtoriſ, ut certis temporibus audiāt plebejū, & interro-
get ſinguloſ de ſua fide, nam fidem quique profiteri
debet: hic rudioreſ doceat paſtor, admoneat etiam de
moribuſ, ea quae uidentur idonea ætati. Sed neceſſitas
imponi non poſteſt, occulta recitandi: & ad hanc diſcipli-
na munera, ad dandum conſilium, ad rudes explo-
randos, & docendos, miniftriſ idoneiſ, pijs, peritiſ, &
grauiibus opus eſt.

*In ter. parag, ubi dicitur abſoluti homines ab-
ijs, quae legitime confeſſi ſunt.*

Neceſſaria addenda eſt explicatio, abſoluti contri-
toſ etiam ab ijs, quae recitatione omiſſa ſunt, aut
quae ignorantur. & uerbum (legitime) pariet ſcu-
pulos, ideo ſatiuſ eſſet hanc particulaſ omitti. Et con-
tritiſ ac credentiibus contingit etiam alijs modiſ remiſſio
per publicuſ miſteriuſ Euangeliſ.

De

Prodeſt rudi-
buſ coafeſſio
peccatorū &
cathechis
priuariā con-
uerſiū cuſ par-
ſecu. art. de
Sacramento
penitentiæ
in libro.

De satisfactionibus.

Satisfactio; quæ meruit remissionem culpæ, & libe-
rationem à morte æterna, haud dubie est, unica mors
filij Dei Iesu Christi, qui pro nobis uictima factus
est: iuxta concessionem Iohannis, Ecce agnus Dei, qui
tollit peccata mundi. Propter hunc agnum accipimus
Solus Christus pro peccatis satisficerit. cōuenit eū para. quar. ar ei. de poenitētia. in libro.
remissionem culpæ, & liberamur à morte æterna: non
propter nostra aliqua opera, aut propter satisfactiones
ab hominibus institutas, aut ullam compensationem poe-
narum. Sed ritus in poenitentia, qui uocantur satisfactio-
nes Canonicae, quondam instituti sunt ab Episcopis ex-
empli causa, aut propter disciplinam. Cum enim lapsos
aut famosos recipiebant, poenas irrogabant, tum ut ip-
orum constantiam explorarent, an serio relipiscerent,
tum ut alios talibus exemplis admonerent, ut maiore
cura lapsus uitarent: quosdam etiam frenandos esse ad
disciplinam putauerunt, & ante absolutionem publicam
hi ritus seruabantur, tanquam signa reorum. sicut etiam
apud Ethnicos fuerunt certa signa homicidarum & ali-
orum pollutorum obseruanda, donec absoluerentur.

2 Porrò in Ecclesia paulatim creuerunt hæ poenæ, cum
accessit error, quod mererentur remissionem peccato-
rum. Et posterior ætas cum uix umbram uetus ritus re-
tinuerit, tum nomen satisfactionum defendit, & que-
sivit nouas causas eius moris. Aiunt, Deum iustum,
Abusus canonice satisfactionis.
& uindicem, non remittere peccata, nisi compensatione
poenarum, & addunt, operibus non debitiss, sed imposi-
tis ab absoluente, compēsari poenas purgatorijs; & quidē
ualer e has satisfactiones, etiamsi siant ab iniustis. Hos
errores inuectos in Ecclesiam, necesse est reprehendi:
necesse est enim extare in Ecclesia doctrinam de gratui-
ta remissione propter Christum, & de fide: necesse est &
hoc

hoc intelligi, quod opera instituta sine mandato Dei, nō sunt cultus Dei, Iuxta illud, Frustra colunt me mandatis hominum.

Quod autem dicitur, Deum iustum & vindicem punire peccata, punit Deus etiam electos: primum contritione, & ueris terroribus, de quibus inquit David, Domine ne in furore tuo arguas me. Et Ezechiel inquit, Sicut leo contrivit omnia ossa mea. Hi terrores multo uerius sunt poenae, quam qualescumque luctus satisfactionum. Secundo, multa delicta conuersorum puniuntur pecuniariis poenis, ut Davidis adulterium: & semper uagantur etiam per sanctos tales poenae diuinitus irrogatae. Sicut dicit Psalmus de electis, Visitabo in uirga iniquitates eorum. Item, Iudicium à domo Dei incipit. Castigat enim Deus suos, ut excutiatur carnalis securitas, & crescant timor Dei, poenitentia, fides, inuocatio: nec tamen omnes afflictiones sunt poenae certorum criminum, ut semper flos Ecclesiae, Prophetæ, Apostoli, & alij summi uiri maximas ærumnas pertulerunt, singulari consilio Dei. Vult enim Deus Ecclesiam, in hac uita, non solum his calamitatibus subiectam esse, quæ naturæ lapsum in omnibus comitantur, sed uult eam etiam singulari modo exerceri propter multas causas. Impia multitudo non agnoscit peccatum aut iram Dei, sed ut dicitur in Genesi, Quiescit in eis peccatum, donec reuelabitur: hoc est, nondum terret eos, donec experientur poenias. Castigatur ergo Ecclesia pre ceteris, ut agnoscat peccata, & inherens uitium, & crescant timor Dei, & poenitentia. Accedit & hæc causa, si non essent pericula & certamina ingentia, fides & inuocatio languescerent. Ideo onerata est Ecclesia ingentibus certaminibus, sicut in Genesi scriptum est, Serpens calcaneum eius mordebit. Hos seuisimulos morsus pī multipliciter sentiunt, in uarijs tenta-

Deus punie
peccata suo
rum internis
& externis
poenis.

Cur Deus ex
erceat suos
uarijs malitia

tionibus, & afflictionibus, & Ecclesiæ propria sapientia est, intelligere quod Deus uelit humiliari sanctos, & similes fieri imaginis Christi in hac uita. Item quod uere respiciat afflictos, sicut Petrus clamat, Humiliamini sub potentí manu Dei. Hanc potentiam in utraque de clarat Deus potenter: castigat securos, ut Dauidem, Sampsonem, Nabuchodonosor: rursus potenter erigit agentes pœnitentiam, & inuocantes ipsum. Sed hæ pœnæ, nec imponi nec remitti possunt a clauibus, nec tolliri tibus illis traditionum humanarum, ut sunt satisfactio nes Canonice. Adhuc, hec afflictiones diuinitus irrogat, exercitia sunt continui, & futuri temporis, ut Paulus inquit, 2. Corin. 4. Exterior noster homo destruitur, sed interior renouatur de die in diem. Qui autem satisfactio nes postulant, pœnas intelligunt pro præteritis delictis: & utilius esset, populo inculcari doctrinam de his magnis rebus, de ira Dei aduersus peccatum, de ærumnis Ecclesiæ, de ueris cultibus, quos requirit Deus, in illis erumnis, quibus admonet nos, ut crescant timor Dei, fides, inuocatio, & aliæ uirtutes: quam oculis populi proponere spectacula satisfactionum, que obscurant doctrinam de gratia, & de ueris cultibus.

4. Nam & hoc sentimus, & diligenter docemus, fructus pœnitentiaæ, id est nouitatem uitæ, seu obedientiam spiritualem, iuxta præcepta Dei, sequi debere in conuersis. Et cum Paulus inquit, Præbete corpora uestra hostiam uiuam, & sanctam: appellatione hostiæ, admonet nos de ueris cultibus, simus hostiæ sanctæ, id est, abstinentes ab omni immunditia, perferamus ærum nas in confessione uerae doctrinæ, & afflictionibus communibus, & hostiæ quæ mactantur. Sed tamen simus uiuæ hostiæ, hoc est semper uictuæ, celebrantes Deum, etiam in media morte. His sunt ueris fructus pœnitentie, & uera

uera exercitia, quæ radices peccatorum euellunt, ut Au-
gustinus ait,

Addimus & hoc, mitigari calamitates communes, &
Ecclesiæ per totam poenitentiam, & bona opera piorum,
sicut Esaiæ.1. & 58. scriptum est. Et Paulus inquit, Si nos
iudicaremus ipsi, non iudicaremur: id de tota poenitentia
intelligi necesse est, non de ritibus satisfactionum, quos
dicunt ualere etiam in iniustis.

Cæterum hoc non negamus, exempli uel disciplinæ
causa, famosos poena aliqua castigari posse ab Ecclesia.
Idq; in nostris Ecclesijs, si quando Anabaptistæ aut ho-
micide, quibus magistratus pepercit, recipiuntur, obser-
uamus: nec tamen opus est, ueteres ritus poenitentia re-
stituere, qui creuerunt errore, & pleriq; pleni sunt pericu-
li, ut quod adultero per longum tempus interdicunt con-
suetudinem uxoris, &c.

Videntur olim Episcopi hanc censuram eò seuerius
exercuisse, quia Ethnici magistratus non puniebant ua-
gas libidines, & alia pleraq; delicta; sed magistratus do-
cendi sunt, ut manifesta delicta puniant. Hæc seueritas
plus prodesset moribus, quam Canonicae satisfactiones,
nec sine periculo miscentur ministerium Euangelij, & of-
ficia politicæ potestatis. Minister Euangelij docet de poe-
nitentia uera cordis, & perterfactam mentem consolati-
tur: ait, non propter compensationem poenarum, sed pro-
pter Christum nos liberari à peccato, & morte æterna. si-
cuit scriptum est, Captivam duxit captiuitatem. Item, Ero
mors tua ô mors, & mors tuus inferne. Non addatur
opinio, quod fiat remissio propter compensationem poe-
narum: interim magistratus sit acer, & suum officium fa-
ciat, quod est discernendum à ministerio spirituali, &
Euangelico. Ideo in nostris Ecclesijs admonentur magis-
tratus politici, ut officium suum faciant, & disciplinam
tuæantur.

K ij

5
Calamitates
mitigantur
per bona ope-
ra piorum.
Conuenit cū
par. quart. hu-
ius Artificii
in lib.

6
Famosos re-
cte puniri ab
Ecclesia. Con-
uenit cū lib.

7
Seueritas mag-
istratum
requiritur.

De unitate Ecclesiæ, & ordine ministeriorum Euangelij.

Ecclesiæ unitas caput Christus. Cōuenit cum pri mo & secun. parag. libri. **V**Ioannes inquit, Ex plenitudine Christi omnes accepisse gratiam, ita una est Ecclesia Dei, sanctificata, & sociata per filium Dei, qui caput est, omnia in omnibus suis perficiens, agnitione Euangeliū ipsius, & spiritu sancto, inde usq; à Patribus, Prophetis, Apostolis, & alijs sanctis, quę glorificabitur in nouissimo iudicio.

2 Ministerium perpetuum. Convenit cā parag. huius Articuli in libro. **V**t igitur situna Ecclesia, & consentiens, semper Deus idem Euangelium propagatum per Patres, & Prophetas, & postea per Christū, & A posfolos extare uoluit. Et instituit Christus ministerium, duraturum usque ad summationem mundi, sicut scriptum est, Ascendit, dedit dona hominib; , alios quidem Apostolos, alios pastores, alios doctores. Conseruat enim hoc Euangelium. Et uoluit post Apostolos uocari pastores in omnibus Ecclesijs, fungentes officio docendi Euangeliū, quos excitat: quanquam dissimiles donis, tamen eodem fungentes ministerio.

3 Que obediēntia debetur ministerio. Convenit cū parag. octa. huius articuli in libro. **C**onsistit igitur unitas Ecclesiæ, in hac consociatione, sub capite Christo, per idem Euangelium, & idem ministerium, cui debetur obedientia. iuxta illud. Qui uos audit, me audit; ut retineantur, unitas fidei, similis usus Sacramentorum, & disciplina mandata in Euangilio. Habet enim pastores mandatum Christi, non solum ut doceant Euangeliū, & Sacra menta administrent, sed etiā ut palam contumaces in Ecclesia puniant excommunicatione uidelicet eos, qui uel contra sanam doctrinam prauas opiniones serunt, aut malos mores emendare nolūt. Debetur enim iure diuino obedientia pastoribus in hac conseruatione discipline.

4 **V**t autem omnia ordine fierent in Ecclesia, iuxta Pauli regula-

regulam, & ut pastores inter se magis deuincti essent, & Ordo mudi-
onum gubernationis plures inter se partirentur, ac alij alij strorum inter
orum curam susciperent, & dissidia seu schismata uita= se. conuenit
rentur, accessit utilis ordinatio, ut ex multis presbyteris cum par. sep.
eligeretur Episcopus, qui regeret Ecclesiam, docendo huus articu.
Euangelium, & retinendo disciplinam; & præfasset ip= in libro.
sis presbyteris.

Plures deinde gradus facti sunt, uidelicet Archiepis- 5
copi, & supra hos Patriarchæ, Romanus, Anthioche= Patriarchæ.
nus, & Alexandrinus.

Hæ ordinationes, si ij, qui præsunt, faciunt officium 6
suum, utiles sunt ad retinendam unitatem Ecclesiæ, hoc Ad quid mil-
est, ad Synodos conuocandas, ad constituenda legitima externe
doctrinæ iudicia, ad emendationem uitiorum late ordinaciones
grassantium, ut usurarum, ac aliorum scandalorum, ecclæsiæ. cœue
ad emendationem legum, ad puniendos authores scan- nit cū parag.
dalorum. Sed si præsides seruiant uocationi suæ, doce= oct. & nono
ant, inspiciant doctrinam & mores Ecclesiæ, quibus præsunt, corrigant errores & uitia, exerceant iudicia huus art. in
ecclesiastica, nam Pontificibus & Episcopis, qui aduer= libro.
santur piæ doctrinæ, tribuere autoritatem non possu= mus, ut ad Galatas scriptum est.

Cæterum in Ecclesiastica gubernatione tribuenda est 7
Episcopis potestas condendi traditiones, ut omnia de' Abusus tradi-
center & ordine stant in ecclesia, ut de certis ferijs, ut sciat tionum. conue-
populus quo tempore conueniendum sit. Item, ut sobrij nir ciuitat. I.
conueniant. par. no. & de
cimo.

Sed hæ traditiones non putentur esse cultus, id est, 8
merita aut bona opera, quorum finis immediatus sit, ut per ea honore afficiatur Deus, iuxta illud, Frustra co=
lunt me mandatis hominum. Nec pugnant cum manda=
tis deinceps ducantur res necessariae, sed indiferentes, quas extra scandali causam omittere licet, sicut Paulus in Epis-
K iii

stola ad Colloſſ. de traditionibus humanis , quæ ſiunt in Eccleſia, docet, Nemo uos arguat in cibo, potu, aut parte diei festi. Discerni enim oportet humanas traditio-nes à ueris cultibus, quos Deus iſtituit, ut apud Eze-chielem dicitur, Ego sum dominus Deus uester, in pre-ceptis meis ambulate.

De sanctis.

- F. 1 **N**on recipimus partem huius articuli, ubi de du-
plici uocatione sanctorum, qui ex hac uita deceſ-
ſerunt, dicitur, ut propter merita Sanctorum iu-
uemur; item, ut directe inuocentur, Ora pro me sancte
Petre. Christus enim inquit, Quicquid petieritis Patrem
in nomine meo, dabit uobis. Vnus certe mediator con-
ſtitutus eſt: & mandatum eſt, ut ad hunc accedamus.
Sicut ait ipſe. Venite ad me omnes, qui laboratis & one-
rati eſtis & ego reficiam uos.
- 2 Quare non eſt probandus cultus, qui per alios medi-
atores orat, prefertim cum nullus cultus in Eccleſiam in-
uehendus ſit, qui non approbatur uerbo Dei.
- 3 Item directa inuocatio absentis, tribuit omnipotentia-
ei, qui inuocatur: nam audire uota cordium in ſingulis,
Abſtricſ immo-
cario omni-
potentia ui-
buīt inno-
ca-
to. eſt ſoliuſ Dei. Et quanquam ſubtilitas quaſita eſt, ut
excuſet hanc absurditatem, tamen haec nullum habet
teſtimoniuſ uerbi Dei, & repugnat inuocantium cogi-
tationi, qui ideo ad sanctos configiunt, quia Deum
iraci iudican, & per sanctos uolunt perferri preces ad
Deum

- 4 Denique cum manifeſtissimum ſit, hoc cultu sancto-
rum obscurari mediatoris Christi officium, non poſſu-
Cultu ſan-
ctorū obſcu-
rari offi-
ciū
Christi. mus omnino eum noſtra approbatione conſirmare.

De missa.

Sacris

SA sacrificium, quod placauit iram Dei, aduersus peccata= **G. 1**
ta humani generis, & fuit premium pro peccatis, ac Mors christi
unica sacrificia
cū quod placa-
tavit irā dei.
meruit hominibus reconciliationem, & gratiam, **X**
uitam æternam, fuit unica mors filij Dei, qui sese obtulit
ipse patri æterno, & Pontifex fuit ipse huius suæ oblati-
onis, ut docet Epistola ad Hebreos.

Instituit autem ministeria, per quæ huius sacrificij im- **2**
mensa beneficia nobis impertit & applicat: in his etiam
est cena dominica, in qua sumens corpus, & sanguinem Meritū chri-
sti in sacrificio
na per fidē
applicatur.
Christi, applicat sibi fide, beneficia parta per mortem Chri-
sti, quæ fuit uerum sacrificium: cum uidelicet agnoscimus,
et credimus, nobis certo remitti peccata, propter mortem
filij Dei, qui sese pro nobis obtulit ipse. & hac fide Chri-
stum apprehendimus & nos consolamur: ita prodest su-
mentibus coenam per fidem.

Cum autē in Missa tria sint, coena Domini, recordatio, **3**
at preces & gratiarum actiones, sancti Patres totā hanc
actionem vocauerunt sacrificium: non quod actio illa
sit premium pro peccatis, aut mereatur alijs remissionem, Quomodo
missa sacrificia
cū conuenit
cū para, pri-
ari, huius in
libro.
sed preces & gratiarum actiones sunt sacrificia laudis, ut
dicuntur, id est bona opera, quæ Deo reddimus, ut eum
honore afficiamus. Et oblatio seu coena non applicatur
pro alijs, seu non meretur alijs remissionem peccatorum;
& tamen sumenti sit sacrificium laudis, propter recordationem, quæ multa complectitur: fidem, inuocationem, prædicationem, & gratiarum actionem. Loquitur enim Christus de recordatione fidelis: uult nos recordari, non tantum historiam, ut sit in spectaculis hu-
manis, sed uult nos fide recordari, & accipere promis-
sam reconciliationem, erigi, & liberari à terroribus pec-
cati, & mortis, & excitari ad inuocationem, & gratia-
rum actionem.

Hos esse ueros cultus, & sacrificia Deo grata in **4**
corina

Applicationē
meritū christi
nemini sine
propria fide
fieri. cōuenit
tū ijs que cō-
tra faliā fidu-
ciāmissē in lūc
para. no. art.
huius in libro

cōena Domini nihil dubium est: et hēc in laudib⁹ Miss⁹ celebrantur à sanctis Patribus. Sicut inquit Cyprianus, pietas inter data, & condonata, se diuidens, gratias agit tam uberis beneficij largitori: Non igitur sentimus fieri applicationem pro alijs uiuīs & mortuīs: nam fide sibi quisque applicat beneficia Christi, per uerbum & proprium usum sacramentorum, non propter opus aut meritum alterius hominis, sicut scriptum est, Iustus sua fide uiuet.

5 Deinde applicatio pro mortuīs, dissentit ab ipsa institutione sacramenti, quod pro uiuīs institutum est, ut su-
abusus miss⁹
pro defunctis. mant, & fidelem recordationem exerceant: hēc non con-
ueniunt mortuīs. Quare dolendum est, non solum trans-
ferri sacramentum ad mortuos, sed etiam inde tantos abusus ortos esse, ut templa magis occupata sint culti-
bus pro mortuīs, quam ministerio, necessario uiuenti-
bus.

De priuata Miss⁹, & de usu interne gri sacramenti.

H. **1** Atur consilium in Libro, ut hoc modo consulatur Tranquillitati, ut sius mos concedatur utrinque Ecclesijs uidelicet, ut apud nos Missa tantum celebretur, dum adsint aliquot communicantes: apud ipsos etiam sine communione. Sed tamen adhortandos esse homines, ad frequentiorem communionem: & annittēdum, ut uetus consuetudo Ecclesiæ, aliquo modo restituatur, quia constat initio in sinaxi communionem semper factam esse.

2 De hoc articulo ita nobis uidetur. Agnoscamus non faciendam esse subitam mutationem: primum enim populus de uero usu sacramenti docendus est. Nos quoq; in Ecclesijs nostris paulatim docendo, reuocauimus ue- terem

terem consuetudinem . Paulus enim iubet fieri communio-
nem , & in conuentu Ecclesiae expectari publicam di-
stributionem corporis , & sanguinis Christi . Idem uete-
res Canones sanxerunt : & optandum esset , non mutatum
esse hunc primum morem . Tunc enim communicantes ,
intelligebant uerum usum sacramenti , sentiebant fieri di-
stributionem , ad excitandam fidem , & in hoc ministerio
per fidem sibi applicari beneficia Christi . Ibi erant ad huc
ignoti abusus Missæ applicandæ pro alijs , uiuis & mor-
tuis , sed quisq; sumens , suæ conscientiæ consolationem
quærebat . Postea mutato more , ut sunt animi hominum
pronâ ad fiduciam ceremoniarum , obrepdit opinio , quod
sacerdos offerat pro Ecclesia , & mereatur sibi , & alijs : &
cumulatæ sunt Missæ , cum accessisset imaginatio , singu-
las Missas plus ualere pro singulis , quam una pro multis .
Accesserunt & aliaæ opiniæ , quod ex opere operato
pro sint alijs , uiuis & mortuis . Hos horrendos abusus
peperit mutatio Apostolicæ & Catholice consuetudinis ,
quæ in Ecclesia ueteri , post Apostolos diu durauit , vide-
licet , ut in Missa fieret communio plurimorum .

Nihil dubium est autem , reprehendam esse applicatio-
nem oblationis , & opinionem meriti pro alijs , uiuis &
mortuis : quia opinio illa partitur meritum in passionem
Christi , & opus sacerdotis , cum scriptum sit , Vna oblatio
ne consummauit sanctos . Et quidem filius Dei ipse Patri
se obtulit , moriens pro nobis , sicut scriptum est , Qui se
ipsum obtulit : nec alius pontifex ingreditur in sancta san-
ctorum , sicut scriptum est de Christo , Per proprium san-
guinem intravit sancta sanctorum , perpetuam redem-
ptionem inueniens : nec iussit offerri se in Coena ab alijs ,
sed distribuit alijs hoc pignus . Item , Quisque propria fi-
de sibi applicare debet beneficia Christi . Ergo , oblatio
non meretur alteri . Item , Pontifex noster Christus , in

Non esse Ep-
charistiam
nisi comuni-
camibus ad-
ministranda.

Summa util-
tum Missarum ,
opinio , mere-
ri sacerdoti
suo opere
alijs .

Cyprian. de
coena Domini
ni. Lex Enan-
gelica & tra-
ditio domi-
nica serue-

~~et, & ab eo
quod Christus & docuit
& fecit, non
recedatur.~~
~~Epist. tert. li-
bri. secund.~~

coena tantum distribuit discipulis, non obtulit: nec iussit, offerri sacramentum pro alijs, sed inquit, Accipite, & man- ducate. Non licet autem aliud facere nobis, quam quod ibi fecit, & iussit fieri, noster pontifex Christus.

4
Vitium Ca-
nonis.

Ratio con-
cordiae resti-
tuende.

Quod autem maneat oblatione pro alijs, seu applicatio, si retineantur priuatae Missæ, inde constat: quia qui eas Missas retinent, in Canone dicunt, fieri hanc oblationem ad redemptionem animarum, pro uiuis & mortuis: & manet persuasio in populo, qui putat oblationem illam, præcipuum cultum esse, ualentem pro cæteris: & ob hanc causam curat pro se celebrari Missas, & simili persuasio- ne curat Missas pro mortuis celebrari. Haec opiniones, & hi abusus erunt reprehendendi. Sed si, constituto consensu doctrinæ, ubique doceatur populus, de usu Sacramenti, de fide, de uera invocatione, & docendo taxaretur illa ap- plicatio oblationis pro alijs, & concederetur uolentibus omittere priuatas Missas: nullum esset publicum certa- men, cum de doctrina conueniret, etiam si non statim singuli consuetudinem suam mutarent.

De usu integri Sacramenti.

VAlde oramus, ut ratio earum conscientiarum habeat tur, quæ in multis locis iam uehementer anguntur. Norunt fuisse Ecclesiæ morem, uti integrum sacra- mento: sciunt etiam, à Christo hunc morem traditum esse, ut Paulus inquit, Accepimus à Domino, quod tradidi uobis: & cum homini's testamentum non sit uiolandum, quanto minus licet uiolare Christi testamentum: Com- mendat autem Christus nobis hoc sacramentum, nomi- ne testamenti, inquiens, Hic est calix noui testamenti. Curandum, ut sacramen- tum hoc, bo- sia conser- tia suscipatur. Hæc norunt multi: & ubi non porrigitur integrum sa- cramentum, alijs abstinent prorsus, alijs cum quadam per- turba

turbatione conscientiae accedunt. Maxime autem præstandum est, ut hoc sacramentum, quod consolationem adferre, & excitare fiduciam debet, tranquilla & alacri cōscientia sumatur, ut mens erecta fide, gratias agat Christo, & sit, sicut appellatur, Eucharistia.

Conuenit cū parag . tert. huīus articuli in libro.

Porro constituto consensu doctrinæ, si populus inuita retur ad hunc usum, & usus restitueretur, esset iam cōcordia. Quia enim persecutio cessasset, & doctrina syncera proponeretur, etiam si non subito mutarent suam consuetudinem singuli, in usu tamen discordia publica non esset: quia nostri non accusant nondum satis institutos, ac dociles: sed persecutores, & contrariam doctrinam defendentes, scilicet, quod licet mutare Christi institutionem, aut mutationem probare.

Damnantur persecutores, & qui defendunt licere mutare iusititionē Chriſti.

Nec propterea Ecclesia superioris ætatis damnatur. quia habet etiam sancta Ecclesia interdum aliquas stipulas, ut docet Paulus, quas Deus cōdonat, sicut alias ignorantias, ijs, qui tamen fundamentum, seu caput tenent, hoc est, fide propter Christum petunt remissionem. Et in abusu Missarum, & in cultu Sanctorum plus uitij fuit. Ideo prædictum est, postrema tempora Ecclesiæ plena periculi futura esse. Vt multi exiſtio fuerunt, lex de coelibatu, superstitiones monasticæ: sic etiam multi, propter abusum Missarum, & cultum Sanctorum, perierunt. Nunc igitur patescati abusus non sunt defendendi, sed emendandi.

Superior Ecclesia non damnatur etiamsi abusum aliquem recepit.

De Cœlibatu.

AVTHOR LIBRI SATIS GRAUITER QUERITUR DE UITIJS, QUÆ Alex de cœlibatu peperit, & optat emendationem: sed deliberationi, & authoritatib⁹ gubernatorum permittit, ut de modo emendationis deliberent, an sit concedendum coniugium: an Canones ueteres, aut noui

I I
Comitas lib.
Imperatorij.

L ij

seruādi sint. Interim modeste significat, quid uelit. Optamus autem & nos, ut gubernatorum authoritate consūlatur tot hominum saluti, & tollatur ex Ecclesia lex iniusta, quæ est fons abominandæ turpitudinis.

2 Paulus uocat prohibitionem coniugij, doctrinam dæmoniorum, hoc dictum, satis comprobat euentus: sunt enim in conspectu, flagitia orta ex hac lege. Sed in nouissimo iudicio magis apparebit, quātam ruinam dæbolus hac lege traxerit in Ecclesiam, quanta animarum agmina perdidit. Vera est enim uox cœlestis, Fornicatores, adulteri &c. non possidebunt regnum Dei. Extant autem satis multa scripta nostrorum, in quibus perspicue ostendimus, legem de cœlibatu prægnare cum iure diuino, & naturali. Quare cum Deo magis obtemperandum sit, quām hominibus, recte faciunt idonei cōiugio, quod malunt pie in coniugio uiuere, quām in cœlibatu periculose, aut turpiter.

Lex de ecclis.
baru pugnat
cum iure diui-
no.

3 Paulus uile
presbyterum
maritum.

4 Ut idonei mi-
nistri haberri
possint, admit-
tendum ma-
trimonium.

Paulus uult presbyterum esse maritum. Est autem Apostolica uox longe anteferenda omnibus traditionibus humanis. Ideo oramus, ut ex Ecclesia tollatur hæc iniusta, & perniciosa lex, de cœlibatu.

Prima esse cura in Ecclesia debet, recte constituendi ministerij Euangelij. Utigitur possint haberi idonei, pijs, & docti ministri, sentimus non esse impediendum ministerium ullis iniustis vinculis; sit liberum eligere idoneos, tum maritos, tum cœlibes: sit liberum cœlibi electo etiam, post ducere uxore, est enim præceptu generale, Vitanðæ scortationis causa, habeat unusquisque uxore suā.

5 Quod uero de uoto obiectitur, copiose alibi respondebimus: nec synodi ueteres adeo durę fuerunt ijs, qui contra uotum contrahebant, ut recentia decreta, sed regula est certa, uotum contra mandatum Dei factum, irritum esse. Cum autem uotum cœlibatus pugnet cū mandatis diuinis

duinis, in ijs qui non sunt idonei ad coelitatum; sentimus nec sacerdotum, nec monachorum uoto, impediri coniugium. Præterea, in utroque uoto multæ hærent superstitione opiniōnes, quæ non exigua tenebras in= duxerunt doctrinæ, de iustitia fidei & de ueris cultibus.

Romanus pontifex Síricius, cum præciperet Hispanis ⁶ sacerdotibus, ut uxores dimitterent, citat hoc testimoniū, Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Siue per inscitiam, siue per superstitionem, detorsit hoc dictū ad coniugium. certe exemplo ipso confirmauit prauas opinōnes. Porrò cum uoto impliciti sunt superstitioni cultus, certum est ex secundo mandato Decalogi, tale uotum non placere Deo.

Cum enim dicitur, Non usurpes nomen Dei uane, ⁷ uetat etiam se inuocari per uitiosos cultus. Ideo uota superstitiosa irrita sunt: qualia sunt, si coelitatus existimatetur opus excellens, propter quod fiat Deus placator homini: si coniugium putetur, aut non placere Deo, aut uix placere, aut uitæ genus polluens sacerdotes, aut administrationē Sacramentorum, cum scriptum sit, Omnia munda mundis.

Sed de hac tota causa referimus nos ad cætera nostra ⁸ scripta, ut de cōiugio & de uotis monachorum, quorum uitæ genus, ut fuit hactenus, quām multum habeat erro um, alibi declarauimus. Quia cum ita sit, renouari eos errores aut stabiliri nollemus. Et cum multis in locis desint stipendia pastoribus ecclesiasticis, & docentibus literas, ac scholasticis pauperibus; necessitas publica postulat, primū illis ex redditibus monasteriorum conferri, Nemo militat suis stipendijs, inquit Paulus, & hę opes datae sunt ecclesijs ad cōseruationē ministerij, & literarū. Ideo hinc stipendia sumantur, ut Ecclesia ministros habeat, & doctores, ac pauperes scholastici ali possint. FINIS.

L. iij

Votū coelibatū pugnat
cū mandatis
duinis, in uo
catis admirati
monium.

Lapsus Syri
ej qui in ma
trimonio esse
dixit in carne
esse.

Vota super
stitionis irrita

RESPONSVM PRINCIPVM

ET STATVVM PROTESTANTIVM, QVO

Imperatoriæ Maiestati, sententiam suam,
de conciliatis, & non conciliatis in
Colloquio articulis rogati, ex=
posuerunt.

Authore Philippo Mez
lanchthonie.

Nuictissime Imperator Auguste, Domine clementissime. Legimus & expendimus librum, qui propositus est, ut uiam ostendat, seu moderandarum: seu dirimendarum contioueriarum Ecclesiæ: & narrationem auditum usum, qui ex nostris ad Colloquium delecti fuerunt, ut intelligeremus, quæ ipsorum iudicio comprobata, quæ reprehæsa sint. Nec dubitamus, quin Cæsa. M. V. bono studio hunc librum proposuerit, Nam & moderationē quorundam abusuum quæsiuisse autores animaduertim.

Aditus ad cōcordiā per li.
Imp. factus. ac si æquitatem adhibituri essent aduersarij, aditus ad concordiam factus esset. Quare Cæsa. Maie. V. gratias agimus, quod doctorum collatione, & ciuili modo, qui decet Ecclesiam, dirimi contiouerias Ecclesiasticas mauult: & precamur Deum, ut has actiones ita guber net, ut ueritas & doctrina salutaris Ecclesiæ Christi magis illustretur.

Dolendum est autem, tantam esse temporum infelicitatem, ut non omnes contiouerias dirimi potuerint. Id fortassis eò accidit, quia difficile est uetus abusus tolere, quos alij propter diuturnitatē temporis, & exempla, usus & obscurata doctrina Euangelij alij propter alias causas defendunt. Neq; enim negari possit, ante aliquot secula irrepsisse in Ecclesiā multos abusus, & synceram Euangelij doctrinam obscuratam & dilutam

RESPONSIO PROTESTANTIVM:

69

dilutam esse: partim inscitia docentium, quae uel propter tempora inerudita, uel propter negligentiam gubernatorum extitit: partim quia superstitione fuit questuosa. Hec mala confirmata temporibus, nunc titulum habent consuetudinis Ecclesiasticae. Cum autem in ianta caligine humana rum mentium facillime obrepant malefici opinions, & mores ruant in deterius, testimonium consuetudinis in Ecclesia longe infra uerbum Dei collocandum est, quod ideo Deus uelut scintillam in tenebris humanis lucere uoluit, ne falsis persuasionibus, ac uitiosa consuetudine ab ipso abduceremur. Sed scimus difficillimam esse etiam uitiosam consuetudinis emendationem. Cum autem C. M. V. iussu ritnos sententias nostras de Libro dicere, principio Deum testem facimus, nos quoque ex animo concordiam expetere, si quamodo, salua luce & ueritate Euangelij, constituenteretur. Nec dubitamus quin C. Ma. V. pro sua pietate, & heroica uirtute, primam uelit haberet rationem ueritatis, quae fulgere in Ecclesia debet.

Intelligimus autem in Libro quosdam articulos, iudicio collocutorum uideri conciliatos, quosdam uero reprehensos.

Diligenter expendimus eos, qui dicuntur conciliati: 4
quales sunt, de libertate uoluntatis humanae, de peccato originis, de iustificatione, de disciplina, & alijs quibusdam. Si quaedam adhuc opus habent longiori explicacione, que infra adnotabuntur, tamen si dexteritas & candor adhibeat in iudicando, et ea, que desiderantur, recte explicata fuerint non reprehendimus iudicium collocutorum. Et optaremus doctrinam synceram de gratia Christi, et de iustitia fidei propagari in Ecclesijs: quam cum articulus in Libro breuiter complexus sit, si hoc agitur, ut saluti animalium & concordiae consulatur, erit explicatio addenda, ne breuitas, aut ambiguitas pariat noua certamina.

Nam

Consuetudo
longe infra
uerbum.

Difficillima
correctio con-
suetudinis.

Qui articuli
conciliati.

Conciliati ar-
ticuli recipi-
untur.

Nam nos quidem articulos illos sic intelligimus, utres eadem in nostra Confessione & Apologia traduntur. Ac nos quidem nihil inuoluere cupimus, cum nec piū, nec utile sit Ecclesię proponere, perplexos aut ambiguos articulos, quos, tanquam cothurnos, in dissensione diuersae partes ad diuersas sententias detorqueant. Quare, quantum potuimus, operam dedimus, ut nostræ sententiae extarent perspicue explicatae, quas quidem non dubitabimus uere esse consensum catholicæ Ecclesiæ Dei. Et si qua concordia constituetur, petimus, ut articuli illi de rebus tantis, magis illustrentur. Item petiſſe collocutores delectos ex altera parte audimus, uiros reuerendos D. Iulium, & D. Gropperum.

5 Reliquæ sunt controvërsiæ in Libro nondum direptæ, de quibus nostri exhibuerunt articulos: qui cum sint ueri, & moderatissime scripti, speramus eos etiam alteri parti satisfacturos esse. Nec uero dubitamus, quin cum proferentur, saniores ubiqꝫ desideraturi sint æquitatem in his, qui eos improbant. Etsi enim liber quedam studio moderationis in his articulis mitius proponit: tamen cum abusuum magnitudo sit in conspectu, necesse est Ecclesiæ defontibus admoneri. Deus nobis testis est, nos quoqꝫ moderationem amare & quæsiuissle. Sed plurimum refert in Ecclesia, quæ metæ qui limites harum moderationum constituantur.

6 Sæpe in Ecclesia non solum príncipes ac politici uiiri, sed etiam doctores quæsiuerunt moderationes humano iudicio, quæ abduxerunt hominum mentes à puritate Euangeli, & à uera dei inuocatione. Quam multis uisus est Augustinus de gratia horridius disputare? Quæsita est igitur à Sententiariis moderatio, non illa quidem omnino probans Pelagiana dogmata, sed tamen obscurans doctrinam de gratia. Quam multis Paulus ipſe uidetur

Petitur plenior explica-
tio concilia-
torum articu-
lum.

Ecclesia in co-
trouersijs do-
cenda est, de
fontibus.

Moderatio
humana rati-
one quæsiuta
sæpe irritari
obscurit.

detur loqui horridius de fide iustificante? Quæsitæ sunt igitur concinnæ interpretationes humano iudicio. Sed he ueram uocem Euangeliū, & consolationem conscientiarum obruerunt. Toties dicit uox cœlestis, unam esse satisfactionem pro peccatis, mortem filij Dei. Inuenerunt tamen moderationem Sententiarij, ut uiciosi cultus retinerent. Pulcherrima et dulcissima res est, ordo & gradus gubernatorij. Hoc prætextu Pontifices regiā dominatiō nem, quam tamen ipsis Christus prohibuit, stabilierunt.

Et si igitur moderatio in omnibus negotijs suam habet laudem (ut sapientissime dictum est, artes omnes ac uirtutes in hoc elabore, ut mediocritatem quandam efficient) necesse est tamen in Ecclesiā moderationis regulam esse uerbum Dei, non humanam sapientiam, ut Paulus iubet cauere, ne decipiāmur speciosis et plausibilibus humanæ sapientiæ argumentis. Nostri quoq; moderati sunt controuersias, sed ad normam uerbi Dei, & Ecclesiæ Apostoliæ certa & probata testimonia. Ideo iudicamus articulos exhibitos à collatoribus delectis ex nostra parte, & moderate scriptos, & ueros esse, nec ab eis discedimus. Acrogamus ut Cef. M. V. hanc nostram responsionem boni consulat. Primum enim, cum degloria Dei, & luce Euangeliū agatur, non sunt confirmandi uitiosi cultus, aut opiniones, quæ inducunt tenebras Euangeliū. Quanti abusus confirmarentur, recepta opinione Libri, de invocatione Sanctorum, & alijs cultibus, sine uerbo Dei institutis?

Deinde cum conscientiæ nostræ, & Ecclesiæ nostrarum, iam de his ipsis materijs ita ex ueris testimonij persuasæ sint, ut profitemur, non licet nobis contra conscientiam pronunciare.

Pertinent etiam hæ causæ ad uniuersam Ecclesiam. Si enim rursus approbaremus abusus antea taxatos, nostrū

Omnis moderationis in dogmatis regulæ, uerbum Dei.

Abusus in cultu sanctorum.

Nihil contra rectam conscientiam recipendum.

32 RESPONSI O PROTESTANTIVM:

testimoniū opponeretur pīs recte sentientibus etiam ad posteritatem: & confirmarentur alibi errores, & iniusta asperitas eorum, qui abusus defendunt.

10 Quale uinculū iniūceretur Ecclesiæ, si fateremur, prorsus nullum lapsum generalium Synodorum reprehendi posse? Extat Clementina pastoralis, edita in synodo Vienensis in Gallia, ubi Pontifex adfirmat, se dominiū habere Romani Imperij, & quidem à Christo traditū. Hæc vox quām sit absurdā, satīs intelligi potest. Et cum Pontifices & Episcopī magis fuerint occupati regia dominatione, quām cura doctrinæ, & Ecclesiarum gubernatione, quanta incommoda secuta sunt: Sed possent alij lapsus synodorum recitari, quos omittimus.

11 Quid: in Ecclesijs nostrarum gentium & ciuitatum, imò domesticis, quām grauiter pīæ mentes, imbutę priore doctrina, sauciarentur: quām multi pī nos increpant hac ipsa Pauli uoce, Cur nos à gratia Christi traducitis ad aliud doctrinæ genus? Iudicaremur enim, ut Galatae, Euangeli puritatē corrupisse.

12 His tantis causis mouemur, ne de articulis reprehensionis mutemus iudicium, quod extat in articulis, quos colluctores delecti ex nostris exhibuerunt: & nos offerimus ad reddendam rationem de hac nostra sententia, & ad articulos nostrorum declarandos, qui res magnas & Ecclesiæ necessarias cōtinent. Agitur de gloria Dei, de luce Euangeli, de communī Ecclesiæ necessitate, de salute animarum in Ecclesijs nostris & alibi. Cum de tantis rebus recto iudicio conscientię nostrę teneamur, oramus cum debita reverentia, ut Cæs. M. V. clementer hanc simplicem excusationem nostram admittat: & tot Ecclesijs parcat, redemptis sanguine filijs Dei, & sanctificatis Spiritu sancto, ac institutis honesta & pia disciplina: nec credit aduersarijs nostris, qui Ecclesijs nostras uarijs calumniaj.

Protestantes
offerunt se ad
sua declaran-
da, & ratio-
nē de eis red-
dendam.

Nijs deformant. Ac ne cui dubium sit, quod doctrinę genitum in uniuersum in Ecclesijs nostris tradatur, iterum testimoniū nos amplecti Confessionem Augustae exhibitam C. M. V. Apologiam, quę addita est. Nec dubitamus hanc doctrinam uere esse consensum Catholicae Ecclesie Christi, qui traditus est in Propheticis, & Apostolicis scriptis, & firma testimonia habet Apostolicae Ecclesiae, ac eruditorum Patrum. Et in hac fide, & agnitione Christi semper Deum inuocabimus, & celebrabimus, cum Catholica ipsius Ecclesia. Et quando cuncti opus erit, ad declarationem & reddendā rationē, de doctrina Ecclesiarum nostrarū, nos, ut antea s̄æpe testati sumus, offerimus.

Cum autem expendissemus Articulos conciliatos, adhibitis-concionatoribus, qui ad sunt, re cum ipsis disputata, quædam iussimus eos annotare, quæ prudentes, & pios non grauatim addituros esse arbitramur. Non enim pariunt nouas questio[n]es: sed sunt explicationes, tū ubiq[ue] Ecclesijs profuturę, tum ad nos declarandos necessarie.

In conciliatis Articulis annotata, aut omissa.

SCimus nihil tam circūspecte, & plane dici posse, quin Seludi cauillatione aliqua, & euerti queat. Ideo candorem in iudicando adhibemus: & multa, uel breuius, uel obscurius dicta, cōmode interpretamur. sed ubi ambiguitas periculosa est, præsertim in doctrina Ecclesiae, non solum ingenuitas, sed etiam pietas est, addere perspicuas explicationes.

In articulo De libertate uoluntatis, addita est annotatione in margine, de inchoata obediētia. Nam uulgaris persuasio est, renatum in hac uita posse legi Dei satisfacere. Necesse est autem in Ecclesia extare, & clare conspicere hanc doctrinam, quod in hac uita, & hac naturae corruptione, etiam renati nō possint legi Dei satisfacere, sed sint iusti,

Protestantes
inherent Ca-
tholice de-
cristianæ.

13

Additio ad
articulum de
libertate uolun-
tatis.
Prima anno-
ratio Prote-
stantium, de
inchoata obe-
dientia utilis

2

M ii

id est, accepti Deo, fide, propter Christum mediato rem.
Ideo non solum recipi annotationem prodesset, sed etiam
alicubi expresse addit: renatum non satisfacere legi Dei,
ut postea rursus admonebimus.

Hic legi Dei
nemo satife-
ctis.

3 Ceterum hic etiam expediret taxatas esse opiniones, quae late uagat̄ sunt in Ecclesia, de merito congrui, quod oppressit doctrinam de fide iustificante, & de gratuita remissione peccatorum propter Christum. Etsi enim Deus postulat, ut prestetur disciplina etiam à non renatis, & puniat uiolationem discipline presentibus & æternis poenis, tamen non sentiendum est, disciplinam in nō renatis mereū de congruo remissionem peccatorum. Mens non renata, aut secura negligit Deū, aut oppressa iudicio legis, ac terroribus fugit, & fremit aduersus eum: sed tunc diligere incipit, cum fide erigitur, & agnoscit remissionem propter Christum donatum. Ita primum incipit mens diligere Deum. Ideo recentium monachorum somnia reijciantur, que finixerunt posse diligē Deum, posse legem fieri, quo ad substantiam actuum, à non renatis: & has opiniones nos quidem iudicamus taxari à Libro, sed recitare hoc uoluimus, ut constet quomodo nos Librum intellegamus.

4
Additio ad
articulum de
peccato Ori-
ginali.

Relictū san-
ctis malum
originis, re-
pugnat legi
Dei.

In articulo De peccato originis, ubi dicitur, remanet materiale, hoc est, concupiscentia, grauis morbus, infirmitas &c. addantur hæc uerba, & uitium repugnans legi Dei, ut Vuormatiæ conuenit: & non uult Liber extenuari illud materiale, quod estrepugnantia non levius aduersus legem Dei, ut apparet in perpetuis defectibus, q̄ non satis ardent animi dilectione Dei, quod languidus est timor, languida fides, &c. & Liber fatetur subinde, hunc morbum parere malos fructus, aduersus quos renati, & fide condonationem petere debent, & eis spiritu repugnare.

In ar-

In articulo De iustificatione, ubi dicitur, per fidem efficacem, intelleximus id à quibusdam ita deprauari, ut interpretentur, efficaci fide, id est operante fide, hoc est, fide cum operibus iustificari hominem. Est enim quorundam alterius partis vulgaris persuasio, Paulum sic accipiendū esse, cum ait, Fide iustificamur: quasi uelit, fide præparamur ad iustitiam, id est, ad dilectionem propter quam postea accepti sumus: non fide propter Christum. Iam si articulus hoc modo deprauaretur, necesse esset nos reclamare. Nostri enim cum dixerunt, uita seu efficaci fidei significarunt se loqui, non de sola notitia historiæ, qualis est etiā in impijs, sed de fiducia apprehensione misericordiam propter Christum promissam, & erigente perterfactas mentes. In hanc sententiam loquuti sunt nostri de efficacia, qua ipsa fides per se est motus ardens, consolans, innitens Christo, & uiuiscans, sicut sequens descriptio, in articulo De iustificatione ostendit: & propheta dicit, Iustus sua fide uiuet. Ergo ne ambiguitas discordias pariat, aut haec declaratio addenda uidetur, aut eximendum uocabulum, efficax. Et ut hoc loco magis solliciti sumus, mouemur eo, quia in hac urbe, etiam post colloquium, editæ sunt propositiones, quæ aperte damnant nostram sententiam, quæ est haud dubie vox Euangeli, de fide iustificante, & opponunt vulgarem persuationem: sola dilectione sumus Deo accepti. hoc quid aliud est dicere? quam quod non propter Christum, sed propter proprias uirtutes, seu opera, homo sit acceptus Deo. Deniq; renouant illæ propositiones & alios errores pugnantes cum Euangelio. Si multi in altera parte durius suas falsas persuasions ita pergent defendere, quæ spes poterit esse tranquillitatis aut concordiae?

In secunda parte articuli Deiustificatione, doctrina 5

Additio ad
articulū de
iustificatione

Fides efficax
fides appre-
hendē certe
misericordiā
in Christo.

In comitiis
deprauari
cepimus arti-
lus de iustifi-
catione.

Doctrina de bonis operibus explicanda est. Cum n. supra dicti bonis operibus explicata sit in Libro, manere in Sanctis peccata in hac uita: & clare docendum sit, renatos in hac uita nunquam satisfacere

legi Dei: querunt piae mentes, quomodo placeant Deo, cum adsint peccata, cum legi nondum satisfiat. Hæc

*Taxandam
opini onem
corū, qui se
placere Deo
propter ope-
ra putant.*

questio semper exercet bonas mentes, & uidemus eam à scriptoribus Ecclesiasticis, Basilio, Hieronymo, Augustino, Bernardo, studiose agitatam esse. Hic igitur taxanda est arrogantia & hypocrisis, quæ ignorans doctrinam de fide in Christum, admiratur lese, & putas propriam mundiciem, seu perfectionem, esse precium uitæ æternæ: cum Psalmus dicat, Non iustificabitur coram te omnis uiuens. Item, Si iniuriantes obseruaueris Dñe, quis sustinebit: Item, Tibi tantum pecco: ut tu iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.

*Quomodo
Deo placeat
inchoata
obedientia.*

7 Rursus pīj consolandi sunt, ut certo statuant, primum personas Deo placere fide propter Christum, non quia legi Dei satisfaciant. Deinde & hanc inchoatam obedientiam, quam sequi necesse est, placere Deo, cum doletes agnoscimus imperfectionem, & credimus tamen obedientiam placere propter pontificem Christum, & perferriri ad Patrem, tanq̄ spirituales hostias, ut Petrus inquit, Offerte spirituales hostias acceptas Deo p Iesum Christum: confidant etiam, non quia legi satisfaciant, sed propter Christum, ipsis, cum fide iustificati sunt, & hæredes facti, certo dari uitam æternam, iuxta illud. Hęc est uoluntas Patris, ut omnis qui credit in filium habeat uitam æternam.

*Discrimen
peccatorum
propter que
amittitur gra-
tia Dei. pro-
pter que non
amittitur,*

8 Et quoniam in Sanctis in hac uita manent peccata, adiiciendum est discrimen peccatorum, propter que non amittitur gratia, & aliorū quæ excludunt gratiam, et Spiritum sanctum: haec pars propter multas grauissimas causas addenda est. Hinc discunt pīj, fidem non significare

caretantum notitiam dogmatum, sed fiduciam misericordiae promissae propter filium Dei, quæ fiducia non manet cum mala conscientia. Discunt item, non posse Deum inuocari ab ijs, qui pergit ruere contra conscientiam: quia non potest inuocari Deus, nisi fiduciam mediatoris Christi. Discunt item, neq; hanic fidem seu fiduciam, neq; Spiritum sanctum in his esse, qui delinquunt contra conscientiam.

Existimamus autem & Dominos collocutores electos ex altera parte, & alios uiros prudentes & pios, probaturos hoc consilium de his locis addendis.

In titulo De nota Ecclesiæ, uidelicet de uerbo Dei, addita est annotatio, ubi dicitur, Hæc magna domus habet promissionem præsentiaæ Spiritus sancti, hic concesserunt nostri, eam promissionem pertinere ad pios seu electos, non ad multitudinem impiam, ad quam pertinent comminationes, Ideo in eodem loco essent omittenda hæc uerba (magna domus). Neq; enim confirmans est persuasio, quod multitudo impia non possit errare, quia Ecclesia promissiones habeat: cum Paulus dicat, Non omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel. Ideo etiam commodius esset, in titulo de Ecclesia, ubi definitur Ecclesia, esse coetus, bonorum & malorum, sic scribi. Ecclesia uisibilis est coetus, &c.

Quod autem damnat idem Articulus eos, qui discedunt ab Ecclesia, Articulus loquitur de ijs, qui discedunt a recte docentibus. & fatemur ab his non esse discedendum: sed antithesis addenda est, Iuste discedi ab ijs, qui defendunt falsam doctrinam, & qui homines innocentes propter piæ doctrinæ confessionem interficiunt: de quibus ait Paulus, Si quis aliud Euangeliū docet, anathemasit: sicut hoc ipsum exemplum, quod citatur in libro, ostendit. Nā certe Elias & auditores eius seiuicti erant

Additio ad
titulum de
ecclesia.

Promissio
spiritus s. ad
fideles tam
pertinet.

erant à cultu Baal, sicut clare dicit textus: ergo discesserunt à coetu sacerdotum Ahab. Hæc non negari ab eruditis ullis arbitramur: & commemorari à nobis necesse est, ne, cum Ecclesijs nostris obijicitur secessio, damnare eas ipsi uideamur, quas quidem certum est membra Ecclesiæ Dei esse, cum ibi luceat puri Euangelij doctrina per quam efficax est Spiritus sanctus. & uera fide inuocetur Deus Pater Domini nostri Iesu Christi.

12 Non adeo ferreos animos habemus, ut non moueari aut atroci maledicto, cum discessio seu schisma obijicitur: aut ipsa specie distractionis, & cogitatione in gentium malorum, quæ discordias se quuntur. Et redimere ueram & piam concordiam libenter morte nostra uelimus. Itaq; toties nos ad æqua iudicia, & ueram conciliationem obtulimus. Sed Ecclesiæ nostræ, primum in ista condemnatione pontificia, & deinde asperitate Episcoporum, expulsæ sunt à reliquo coetu. Quam multi ex nostris à quibusdam, propter hanc doctrinam imperfecti sunt: hinc iudicari potest, unde orta sit distractio, & qui culpandisint.

Nostræ ecclesiæ abiectione et expulsæ sunt à reliquo coetu à pieudo episcopis, nō discesserunt ab ecclesia dei catholica.

13 Damnat etiam Liber eos, qui rumpunt vinculum charitatis: quod nos intelligimus obedientiam in ministerio recte doctrinæ Euangelij, & ad ministracionis sacramentorum, & iurisdictionis in Euangeliō mandatae: ac sentimus ipsi, uero ministerio deberi obedientiam. Sed postea Liber, in titulo De hierarchico ordine, hoc uinculum de traditionibus humanis interpretari uidetur ubi nostri opposuerunt alium articulum. Nam Ecclesiæ nostræ pias & graues causas habuerunt, mutandi aliquas humanas traditiones, ad quas iam accesserat supersticio. Extare enim in Ecclesia hanc doctrinam Christi necesse est, Frustra colunt me mandatis hominem.

Vinculum charitatis obedientia doctrina recte.

Nostræ ecclesiæ necessario mutarunt quoddam ritus.

Deinde

Deinde utri rumpant uinculum charitatis, res ostendit. Pontifices, & quidam Episcopi trucidant nostros, & inflammant Principum animos aduersus nos: interim prædicant se seruare uinculum charitatis, idq; rumpi à nobis, propter neglectas iniustas traditiones; cum hoc ipsum sit officium dilectionis, adhibere episcopiam in traditionibus.

In titulo De poenitentia post lapsum, cætera placent.

Sed quia De confessione, & satisfactione, postea sunt articuli à nostris exhibiti, non licuit hic præterire, tanquam nostro testimonio confirmatas. Et mortificatio in Scripturis, significat opus Spiritus sancti in ueris & magnis ærumnis, quibus uideremus asperime conflictari ueram Ecclesiam in assiduis iunctæ periculis. At enumeratio, & satisfactione, sunt externi ritus ab hominibus excogitati, & accesserunt multi abusus. Eodem loco citatur Paulus ad ornandas satisfactiones 2. Corinth. 7, cum Paulus loquatur de ordinaria poena in Euangelio instituta, uidelicet de excommunicatione: hoc dictum nihil ad has recentes satisfactiones pertinet.

In titulo De Sacramentis, recte dicit Liber, non solum significari gratiam per sacramenta, sed etiam sanctificari uentes. Verum hic addi petimus, adultos debere fidem addere in usu Sacramentorum, quæ credat promissiōnibus, quarum causa Sacraenta nobis tradita sunt: nec prodeſſe ea adultis, sine bono motu uentis, ut iulgoloquantur.

De ordinatione, maxime probamus veterem Ecclesię consuetudinem, ut ordinandi prius explorentur, erudiantur, & publico testimonio aliquorum piorum & doctorum, qui præsunt Ecclesijs, admittantur ad ministerium: ut nunc sit in nostris Ecclesijs. Hanc difficultam curā, & necessariam Ecclesię suscipere Episcopos, facta refor-

Additio ad
Articulum de
poenitentia,

Quid morbi
facio carnis,

Additio ad
Art. de Sacra
mentis.
Fides adhi-
benda in usu
Sacramento-
tum.

Explorati
tantum ordi-
nandi.

matione, optandum est. Et nostros audimus diserte ita trit
buisse Episcopis illis ordinationē, si pcedat reformatio.

18

Et quanquam nostri, quadam spe concordiae, de ritu
confirmationis, & unctionis non pugnarunt, tamen hoc
necessario monendum erat: cū Liber definiat Sacramen
tum esse signum infallibile gratiae, quod haec descriptio
non conuenit ad hos ritus, qui nunc uocantur confirmation
et unctione: de quibus nec mandata, nec promissiones
diuinæ extant. Sciunt aduersarij, hos ritus tantum esse ue
stigia ueterum donorū: olim dabantur dona manifesta
per Apostolos. Item, ut Prophetæ, ita Apostoli, & multi
alij depulerunt morbos, sua oratione, & medicinis. Ab
his initijs reliqui sunt hi ritus: qui nunc quales sint, con
stat. Vellemus in Ecclesijs ubiq Catechismum exerceri,
*Catechismus
renovandus.* ut Liber monet, & post examen, & professionem, fieri pre
cacionem à populo pro pueris. Hanc credimus non esse
irritam; nec displicet addi impositionem manuum: & hec
fiunt in quibusdam Ecclesijs apud nos, ita & pro ægrotis
fiunt preces. Et constat multos propter Ecclesiæ preces
reualescere: sed tamen ritus ipse unctionis nihil ad hanc
rem facit, nec habet promissionem gratiae.

19

*Discrimen
inter Sacra
menta seruau
dum.*

Dignitas aliorum Sacramentorum obscuratur, cum
hę leuiores ceremonię eadem definitione et nomine pro
ponuntur populo. Ad hęc, uterq ritus nunc plenus est
magnisabus, quos reprehendere necesse est.

20

*Additio ad
articulum de
Disciplina.*

In titulo De disciplina, breuiter inserta est particula de
Episcopis Germanicis, qui merum & mixtum imperium
habet in suis ditionibus. Toties clamitant scripta nostra,
nos hoc agere, ut pie doceantur Ecclesiæ propter gloriam
Dei, & salutem animarum, & hortatores esse pijs, ut stu
deant puram Euangeli doctrinam conseruare, & propa
gare sic, ut mandat Christus, In hoc glorificat pater meus
coelestis, ut fructum plurimum adferatis, ac litis mei disci
puli

puli. Docet hunc præcipuum honorem Deo reddendum
esse, curam Euangelij conseruandi, ac propagandi. Hanc
rem agimus, non impedimus, quo minus Episcopi possi-
deant opes, & imperia, attributa ab Imperatoribus &
Principibus: sed tamen rogamus, ut consideretur, quanta
detrimenta Ecclesiæ, quæ clades sequitæ sint, ex opulen-
tia, & imperijs Pontificum Rom. & Episcoporum.

Conſideran-
dum quanta
pernicie Ea
clesijs innale-
rit quod Epis-
copi profa-
nam adminis-
trationem
procurarunt.

Primum, ipsi occupati gubernatione ciuitati, & bellis, ne-
glexerunt doctrinam: deinde & collegia Ecclesiastica mu-
tata sunt, in quibus initio doctrinae studia uiguerunt, &
conseruata sunt monumenta, tradita à primis Episcopis,
qui doctrinam ab Apostolis, & doctoribus probatis
aceperant. Nunc iactitant successionem ordinariam, cù
tot seculis non curauerint, quid antiquitas docuerit. Ve-
teres uere laudarunt successionem ordinariam, non tam
ut potestatem munirent, quæm quod successores doctri-
nam Apostolicam initio diligenter conseruauerant. Hinc
totam formam ueteris Ecclesiæ mutauerunt, opes, & re-
gia dominatio Episcoporum: quæ causa fuit magnæ cali-
ginis, & ingentium bellorum.

Que successio
ordinaria E-
piscoporum.

Hos abusus nequaquam approbare possumus: cūq
uideamus esurire pios pastores, multis locis totas Eccle-
sias orbatas esse gubernatoribus, quia desunt stipendia:
deserent scholas, quia non docentibus, nec scholasticis pau-
peribus prospicitur, non possumus non deploare Eccle-
się calamitatem: & optamus, id quod iustissimum est, ut
aliquid de tantis opibus decidatur ad ueros usus Eccle-
siæ, idest, ad ministerij Euangelici conseruationem, &
iuuandas scholas. Circumit Christus petens, ut Ecclesijs
consuratur, ut Euangelium conseruetur, & queritur se
esurire ac sitire. Huic quid respondebunt hi, qui de-
fraudant pastores & scholas: cum obijciet, Esurii & nō

Pastores &
lendi & Scho-
le fouende
ex opibus Eg-
clesiasticis.

92 RES PON SIO PR OTESTANTIV M.

dedisti sibi cibum : sitiui, & non dedisti mihi potum.
Optandum est igitur, ut ex facultatibus Ecclesiasticis iu-
uentur pastores & scholae,

23 Cæterum in eodem loco , in Libro , petitur, ut electio
Vt suum quis canonica restituatur, & ita reformatum omnes ordines,
que officium in Ecclesia fa ut suum quisque officium recte & sedulo faciat. Hęc pla-
cas.

cent nobis ; & oramus Dominum nostrum Iesum

Christum, qui est caput Ecclesiae Dei, ut sicut
eam mirabili consilio & potentia semper
gubernauit, & restituuit, ita nunc
quocq; eam emendet, regat,
& seruet, Amen.

RESPONSVM PROTESTAN-

TIVM, DE REFORMANDIS ABVSIBVS

Ecclesiasticis, datum Imperatoriae Ma-

iestati, 14. Iulij. Anno 1541.

Authore Martino
Bucero.

Qvia invictissimus Imperator, clementissimus Dominus noster, ab Electoribus, Princibus, & Statibus, id quoq[ue] petiit, ut sibi exponerent, qua nam ratione, & quibus ijs, graues illi abusus, qui in utrumque ordinē Ecclesiasticum & Secularem, ubiq[ue] inuaserunt, tolli: & Christiana reformatio, ac pię discipline restitutio obtineri & stabiliri possit, cuius scilicet rei summa nos necessitas urgeat: nos Electoris legati, Principes, ac Status, & absentium consiliarij & legati, qui Confessionem Augustanam, & quae in illa continetur, religionem sequimur, cupientes huic religiosæ, atq[ue] benignæ petitioni Imperatoriae Mai, humillime parere, perpensa, quoad licuit, conditione & statu, in quo nunc res Germaniæ sunt: existimamus, quod attinet ad reformationem Status secularis commo-
Reformatio
Status secula-
ris.

dum fore, ut ea, quae in Comitijs superioribus, presertim Augustæ, de politia deliberata, & contra ebrietatem, luxum uestium, usuras, monopolia, & alia uitia, decreta sunt, cum ijs de quibus ab Imp. Mai. in inductione huius Comitij, & in prima hic propositione, facta mētio est, rursus in deliberationem recipiantur, & certum aliud quid de his omnibus statutatur, executioniç demandetur. Quod si fiat, haud sane poenitendam Status secularis reformationem constituti, & abusus, qui in hunc Statu

N ij

inuaserunt, commode corrigi posse non dubitamus.

2 Quod autem pertinet ad reformationem status Ecclesiastici, commissimus nostris Theologis, qui hic sunt, ut rationem & formam aliquam huius reformationis, citra preiudicium describerent; quod & fecerunt. Hanc itaque ratione Imperatorię M. V. humillime offerimus, ab ipsa & Statibus alterius partis, ac nobis ipsis ulterius deliberandam. Eauero ratio sic habet.

3 Primum, quia timor Domini initium omnis sapientiae & salutis est, & in uera Christi fide, tota iustitia & sa-

Restituenda lus sita, necessarium ante omnia fuerit, doctrinam Euangelij pure & sinceriter ubique in Ecclesijs tradi, & secundum hanc Sacra menta exhiberi ceteraque ecclesiastica omnia eodem dirigere, et exhiberi. Et quo huius rei commodum initium fiat, constituendum est, ut Articuli, quos Dominus hic dederit conciliari, ab omnibus per Imperium recipiantur: & secundum eos conciones, & Sacramento-

Nisi de doctrina & sacramentis conueniat, nihil constituetur salubriter.
rum aliarumque rerum ecclesiasticarum dispensationes, in omnibus Ecclesijs instituantur. Nisi enim depravatio doctrinæ & Sacramentorum, totiusque cultus divini, ante omnia tollantur, insincera manebit ac discors religio nis administratio, & irato hinc nobis Christo nihil profus in repub. Imperij, recte & salubriter constitui, nec impendens, iamque urgens patrię pernities auerti ullo modo poterit.

4 Deinde, quia religionis administratio, nec in doctrina nec in ceremonijs & disciplina, restituiri potest, nisi Ecclesiæ habeant idoneos, & uero Christi zelo accensos administratos: necesse erit: ut suum Ecclesijs ius in eligendis, uel saltem probandis ministris suis, restituiratur secundum ueteres Canones: ita, ut quorumcunque sint nominationes, uel presentationes, quas uocant (nemini tamen suo in his iure immunito) non obtrudant

Ec-

Ecclesijs ministros, nisi qui canonice electi, examinati, & p̄ijs plebibus, earumq; magistratibus rite fuerint probati. Id quod & articulus De disciplina in Libro oblato requirit: & constat, in ueteribus Canonibus, & piorum Principum legibus, id ipsum, ut indubitatam iuris diuinæ traditionem, consentienter, & grauissima authoritate præceptum esse. Nulla enim ratio sinit, quemadmodum D. Leo testatur, ut qui præesse omnibus debent, non etiā ab omnibus expertantur & probentur. Quam etiam im- puri, & ad sacra ministeria modis omnibus inepti homines, tam diu à suffraganeis illis ordinati, & Ecclesijs prefecti sunt, dum contra aperta Canonum & Legum decreta, plebes & magistratus ab electione & probatione ministrorum Ecclesiæ remoti sunt, omnibus nimis magno Ecclesiarum damno compertum est.

Præterea, cum singula oppida paulo populosiora, & suos proprios Episcopos, & curatores religionis habere debeant, nec utile sit, plures cuique Ecclesiæ committi, quam quot commode procurare, & per se quotannis, absque detimento Ecclesiæ sedis suæ iniurere possit: ne Ecclesiæ necessaria cura, ut iam diu factum est, fraudentur, & illud curandum erit, ut singula oppida aliquid frequentiora, ministros eiusmodi habeant: qui bus plena sacri ministerij potestas committatur: quo quisq; & suæ, cui præcipue addictus fuerit, & vicinis misnoribus Ecclesijs, necessariam religionis curam impendere, & eas, tam annua inspectione, quam alijs ministrijs, quæ ista cura requirit, in officio pietatis continere possit. Annitendum itaque est, ut ea omnino procrationis ecclesiasticæ ratio & distributio, quam Canones Episcopis & Metropolitanis prescribunt, restituta tur & seruetur. Nam & ante hac in amplioribus dioce- sibus, quia singuli sufficere non poterant, plures suffra- ganei

Restituenda
ecclesijs capi-
tiva ministro
rum electio
& examina-
tio.

Leo. Nulla
ratio sinit, ut
non expecta-
tur & probe-
tur ab omni-
bus qui debet
præfice omnis-
bus.

Oppidis po-
pulosioribus
ministrijs dan-
di cū plena
administrati-
one cura au-
torum.

ganei, Archipresbyteri, atque Archidiaconi constituti fuerunt. Quantum enim damni Ecclesijs hoc dederit, quod non singulæ, quibus opus erat, fidoneos ministros habuere, ac uere episcopali cura & inspectione destitute fuerunt, nemo uerbis explicare satis poterit.

6 Item, quoniam nemini possibile est, ut simul Ecclesiasticam & ciuilem administrationem rite administretur, quare & Canones ueteres omnes tam saueriter uetant, ne quis functioni ecclesiasticae deputatus, curam ullam rerum secularium suscipiat, minime autem omnium Episcopi: necessarium & hoc erit, ut munera ista procuratio: in suis politicae et ecclesiastice, in administris se iungantur, et omnino alij curam Ecclesiarum spiritualem, alij gubernationem ditionum ciuilem sustineant.

Procuratio
ciuiliſ & Ec-
clesiaſticiſ in
ministris ſe-
iungenda.

7 Cum itaque qui nunc Episcopi uocantur, per se nihil quam ciuilem ditionem procurent, nec fere sic instituti sint, ut episcopale munus, docendo, Sacra menta dispensando, disciplinam exercendo, cum in clero, tum in populo, ita ut oportet, administrare ualeant; non uideamus rationem, cum qua Statibus communiter & seorsim, totius reipu. Germanie tolerabilius ac commodius tum etiam Ecclesijs, ut nunc res Germaniae habent, salubrissim. Ciuitalia & Ecclesiastica munia ſeiungi queant, quam si procuratio ditionum his, qui nunc eas administrant, & ad eam administrationem deligi solent, relinquatur: idque ea omnino conditione & lege, ut illi ipsi omnem dignitatem & potestatem, quam nunc habent, & habere consueuerunt, ſalutam retineant: Ecclesijs uero, tam cathedralibus, quam ihs, que secundum Canones suos proprios habere Episcopos debebat, ministri & pastores, modo & ratione, quam ueteres Canones praescribunt, ordinentur: qui curam animarum, totumque pastorale munus, docendo, Sacra menta exhibendo, & disciplinam exercendo,

Qua ratione
ciuiliſ & Ec-
clesiaſticiſ ad
ministratio: com-
modissim-
me ſe iungari
queat.

per

per se præstare ualeant: qui etiam ad Synodos statis tem-
poribus, ut Canones præcipiunt, singuli cū duobus pres-
byteris, aut singulis, cōueniant, potestatemq; habeant
dicendi sententias in Synodis, & faciendi iudicium eccl-
esiasticum, quod Synodis Canones facere concedunt &
præcipiunt.

Munus ex-
equentia of-
ficium Episcopis
pale.

Vt autem & illi príncipes, qui nunc Episcopi haben-
tur, & ditiones Ecclesijs addictas politica administratio-
ne regunt, munere suo Ecclesijs commoden, quod præ-
alijs príncipibus studere debent, consentaneum fuerit, ut
hi ueros Ecclesiarum pastores singulariter tueantur: &
in habendis Synodis, obeundis uisitationibus, alijsq; omnibus rebus ad sacrū ministerium pertinentibus, præ-
cipuo studio adiuuent: Tum curent, ut ea, quæ pro alien-
dis, & fouendis ministris ipsis: deinde ijs qui ad ministerium
educantur & instituuntur: item pro sustentandis
pauperibus, & alijs publicis ac priuatis populi Dei necel-
litatibus, donata olim Ecclesijs sunt, uel adhuc donantur,
fideliter conseruentur, & in usum suum sacrum, impen-
dantur. Deniq; ut externa uitæ disciplina & honestas, tñ
publica pax, & tranquillitas retineatur.

Episcopi per
cipes tueri de-
bet omnes
qui ministeri-
um ecclesie
obeunt, & res
ecclesiarum.

His rebus curandis se isti Príncipes, eò quod ditiones
Ecclesiæ regunt, præ alijs merito impendere debebunt:
sed hac moderatione, ne per horum defensionem, patro-
cinium, opem, aut curationem, uel ministerium eorum, si-
qui curam animarum, & munus pastorale per se admini-
strabunt, ulla ex parte siue in habendis Synodis, siue in
obeundis uisitationibus, siue in iurisdictione ecclesiasti-
ca exercenda: uel etiam munus & officium Príncipum &
magistratum cuiuscq; loci, in sua curatione, defensione,
coercitione, & omni eo, quod secundum legem Dei, uete-
res Canones, & piorum Príncipum cōstitutiones illis cō-
cedunt, siue in personas, siue in bona, & quascunq; res ec-

Ne per Epis-
copos, Prínci-
pes, uel legi-
timum Eccle-
siae ministeri-
um, uel iusta
reipubl. ad-
ministratio
impeditur.

clericalisticas, aliquo pacto contrahatur, imminatur, viole
tur, aut impediatur.

9 Hac separatione, distributione, atq; moderatione ec-
 clesiastice & ciuilis administrationis, fieret, ut, quod ad
 externam rerum conditionem & administrationem atti-
 net, omnia in eo statu & condicione permanerent, in qua
 nunc sunt: nec cuiquam aliquid detraheretur, aut immi-
 nueretur, uel dignitatis, uel utilitatis, quam quisq; nunc
 habet: aut iuxta uulgo receptas leges, & instituta, conse-
 quis possit. Id autem, quod maximum & summe necessa-
 rium est, interim obtineretur, ut Ecclesijs suum idoneum
 & necessarium ministerium, & iusta curatio, qua hacte-
 nus tam misere & pernitiose destitutae sunt, restitueretur:
 ita ut id diuina lege, & ueritatis Canonibus sanctum
 est. Sic uero simul conseruari sibi externam ditionem &
 administrationem, et Ecclesijs suam procurationem legi
 time instaurari, debet ijs, qui Episcopales titulos et ditio-
 nes nunc tenent, multo esse optatius, multoque haberi di-
 gnius, cui promouendo operam & opem suam cōferant,
 cum hoc pacto prestare possint Deo gratum obsequium,
 & Ecclesijs suam soluere fidem, statumq; suum, dignita-
 tem, & opes cum gratia Dei & hominum, et secura lataq;
 conscientia, firmas et stabiles reddere: quam ut uelint Ec-
 clesias sub nomine ministrorum et curatorum, tam mul-
 tis ineptis atq; noxijs hominibus, in quos etiam plus insu-
 mere oportet, quam in idoneos, porro grauare atq; uasta-
 re: cum certum sit, ipsos si hoc faciant, et iram Dei, etho-
 minum odia contra se grauissime inflammaturos, indeq;
 se et sua omnia in summum discriminem adducturos esse.

10 De nominibus et titulis, deq; omnibus ijs rebus, qui-
 bus externa illa potestas et dignitas ornari, atq; stabiliti,
 et legitima subditorum obedientia confirmari debeat, fa-
 cile conuenire poterit.

Atqui

Atqui non est satis ministros Ecclesiarum, iuxta diuinas Scripturas, veteres Canones & leges, probari & ordinari, ipsi scilicet totum ministerium iusta distributione committiri, ac omnem aliam curam & sollicitudinem ad imi-
dignam sacro ministerio defensionem ab Ecclesiasticis & ordinariis potestatibus praestari: sed concedi etiam illis ea omnia oportet, quae eis ad id conferunt, quo uitam suam sancte & inculpate, atque sine cura rerum temporaliū, degere, toti scilicet populo Christi, omnis sanctimonie et pietatis exemplum praeserre ualeant.

Hac de causa, & maxime, quia tantis scandalis, & tan-
ta Ecclesiarum pernitie experti sumus, ut Deus ratum ha-
beri uelit illud uerbum suum, Non est bonum hominem esse solum, & Vnusquisque habeat uxorem suam, & una-
quaque maritum suum, propter scortationem uitandam:
non poterit profecto id absque manifesto Ecclesiarum ex-
itio amplius differri, ut consuigium Ecclesie ministris li-
berum fiat: quo quisque, pro suo dono & uocatione, uel
coelebs, uel in coniugio uiuat, suumque ministerium Ecclesie,
bona conscientia, & absque ulla offensione praestare possit.

Nec graue uideri debet, recentiores de hac re Cano-
nes, qui cum lege Dei non consentiunt, posthabere: po-
stea quam tam diu, tamque graui & incomparabiliter damno
Ecclesie, dissimulata est transgressio manifesta pracepti
Dei, & probatissimorum Canonum, qui tamen diuinę le-
gi consentanei sunt, toleratis in sacro ministerio, qui se
omni genere impudicitie palam contaminarunt, cum qui-
bus non sacrī modo, sed etiam externa conuersatione
communicare Christianis nefas est. Nam cum his, ut Apo-
stolus precipit, ne cibis quidem sumi à Sanctis debet.

Huc uero, ut prohibitione coniugij ministri Eccle-
siarum quam primum liberentur, impellere & illud de-
bet, quod pridem experimur, nisi hæc prohibitio statim

Libertas fa-
cienda mari-
moni.

Rectius di-
spensabitur
nunc de Ca-
nonibus, reij
cientibus a
sacro mini-
sterio mari-
tos, quam ha-
ctenus di-
spensatum fü
de illis, qui
reiciunt
fornicarios.

Nisi mar-
monii sacer-
dotibus ad-
mittatur, non
habentur ido-
nei ministri.

tollatur, planè nullos, uel qualescumq; fore nedum ad di-
uinam hanc functionem aliquo modo instructos, qui Ec-
clesijs ministrare uelint. Nam qui aliquid conscientiæ ha-
bent, n̄ nolunt se periculo cœlibatus committere, etiam si
cetera omnia in sacro ministerio sic repurgata ac restituta
essent, ut nullus p̄ijs conscientijs scrupulus in eo sup̄esset.

15
A quibus
Clerici absti-
nendi.

Porrò sicut sanctum coniugium ministris Ecclesia-
rum liberum faciendum est, quo puri & casti ministrant
ita seueriter abstrahendi illi & continendi sunt ab omni-
bus alijs, uel negotijs, uel delitijs, ac uoluptatibus, que cū
hoc diuino munere non congruunt, atq; ideo in diuinis
Scripturis, Canonibus, & legibus, illis prohibentur. Vt i-
sunt negotiari, institorem uel cauponem agere, fœnus ex-
ercere, indulgere commensationibus, ebrietati, ludis in ho-
nestis, & à sanctitate sacri ministerij alienis, uenerationi-
bus, & quæcumq; auocare eos ualeant à sanctis, & huic
functioni proprijs exercitijs, ut à lectione, doctrina, ad-
hortatione, admonitione, & studio ita formandæ uitæ,
quo in exemplum alijs præluceat, uel etiam impedire tan-
tum, aut facere remissiores.

16
Ut moderan-
da ministro-
rum stipen-
dia.

Verum quo ministri pacui & liberi omnibus alijs ne-
gotijs & curis, toti sacro ministerio incumbant, necesse
erit, ut eis necessaria uitæ liberaliter quidem, sed ea tamen
moderatione prebeantur, ut omnis eis occasio, tam luxus
& ignauic, quam omnis sordidi quæstus præscindatur.
Singulare quoq; cura & seueritate inuigilandū erit, tam
Secularibus, quam Ecclesiasticis potestatisbus (nā est cri-
men publicum) contra pestem simonij, quo illud Domi-
ni in Ecclesiam reuocetur, Gratis accepistis, gratis date.

Proligenda
omnis finan-
cia.

Quocirca, restituenda erit seueritas poenarum, quas con-
tra hoc malum Canones & leges sanxerunt: nec cuiquam
permittendum, pro ulla nominatione, præsentatione,
electione, probatione, ordinatione, aut tempoali pro-
uisione.

uisione ministrorum, pro ullo sacri ministerij officio, quic
quam precij uel operæ polliceri, dare seu accipere, sub
amissione ministerij & poenit alij, quæ hic, in Canonis=
bus & legibus instituta sunt.

Propterea ferendum deinceps non est, ut Annatæ, aut ¹⁷
ulla alia pecunia, pro confirmationibus, transactioni= bus, dispensationibus, aut ulla alia Romanensi caupo= natione, ab Ecclesijs Germanicis, & Ecclesiarum mini= stris, Romanis persoluatur. Nam ministrorum procura= tiones, electiones, confirmationes, & ordinationes, ita ut Canones prescribunt, fieri debent. De moderationi= bus ditionum Episcopaliūm ea etiam iniiri ratio poterit, quæ reipub, maxime cōmoda sit, ut nullæ causæ aut con trouersię Ecclesiasticę Romam, ubi cognosci & iudica= ri cominode non possunt, referantur: ita ut referri etiam ad loca tam longinqua causas, Canones Aphricanorum, & aliorum Conciliorum uetant.

Vt autem Simoniaæ pestis penitus excindatur, & omni fœdo & impio quaestui in his rebus occurratur, reuo= candi etiam illi Canones, et rursus executioni demandan= disunt, qui uetant quenquam absolute, hoc est, non ad certum ministerium, quod per se quisq; obire ipse debeat ordinari, aut duobus pluribusue ministerijs assignari, uel plus etiam stipendiorum ab Ecclesia percipere, quā cuiusq; ministerium requirat.

Restituendum & illud erit, ut inter ministeria Eccle= siæ is ordo, & in dignitate, & in modo stipendiorum ser= uetur, quem Diuinæ literæ & Canones designarunt, ut qui curam animalium obeunt, et uerbi atq; Sacramento= rum, & disciplinæ administrationi inseruiunt, ijs qui mi= nora ac minus necessaria, ut Lectorum & Cantorum offi= cia in Ecclesijs gerunt, preferantur. Quām enim olim S. Patres damnarint, diaconos anteferri presbyteris, con=

Nemo abso= lute, hoc est,
nō ad certum
ministerium
ordinandum

Modus can= nicus stipen= diorum.

Indignū m= lectors &
catores pres= byteris prefe= ratur.

O ij

stat; multo itaq; indignius est, eos, qui Lectorum modo & Cantorum munus habent, pluris fieri ihs, qui officium præstant presbyterorum.

20 Hæc omnia quæ præmissa sunt, & præceptis manifestis Dei, & ueteribus probatissimis Canonibus, piorumq; Principum legibus, in ministris Ecclesiarum, summa leueritate, requiruntur: proinde, siquidem uera instituitur Ecclesiarum reformatio, omnia in Ecclesijs reuocare & obseruare necesse est. Nec enim unquam ecclesiasticę disciplinę speranda restitutio est, si ea non cū primis in ministris instauretur, & rursus obtineat. Hactenus de restitutione ministeriorum Ecclesię, eorumq; dispensatione, & usu.

De bonis Ecclesiasticis, eorumque dispensatione & usu.

Communio, & uera inter Christianos charitas, id ab initio Ecclesiæ effecit, ut illi sponte sua in sacris conuentibus, & aliàs, Domino liberaliter offerrent, & cōsecrarent, unde & seminātibus spiritualia, hoc est, doctrinā uitæ, & sacra mysteria administrantibus, tēporalia metenda benigne preberētur, quo hi sacris ministerijs se totos impenderent: et fratribus egentibus necessaria uitæ, ne quis in sacra Christi societate egeret, subministrarentur. Post hęc sunt Ecclesijs à pījs Principiis de publico, cū stipendia pro ministris, atq; ihs qui ad sacram ministeriū educabantur, tum alimenta pro egenis, attrita. Deinde etiam prædia, & possessiones, aliiq; prouenitus & redditus donati: quę omnia, posterioribus tēporiis, uarijs rationibus, in immensum prop̄ aucta sunt.

2 Atqui dispensationem & usum istarum opum tales Canones p̄scribunt. Quatuor iubent ex cunctis Ecclesiasticarij bonis fieri portiones: unā dari Episcopo, quo necessaria

ria munieris sui facilius sustinere, & pauperibus atq; peregrinis benignius opem ferre, tum etiam ad sacrum ministerium aliquos educare ualeat. Alteram ceteris clericis, ut suo quisq; ministerio, aut certe institutioni sacræ, qua ad ministeria præparetur, uacare possit. Tertiam assignat conseruandis templis, et instrumentis templorum. Quarū uolunt erogari in necessitates pauperū, et peregrinorū.

Accesserunt his uaria, pro singulis & Ecclesiæ & priuatorum hominū necessitatibus, coenobia & indigentia receptacula, quibus proprij redditus addicti sunt, ut pro clericis, qui ad sacra munera eruditæ & institui debet, pro pupillis, alijsq; pauperū liberis, pro senib; pro egerotis, pro pauperibus, et peregrinis. Ea uocarūt coenobia canonica, orphanotrophia, brephotrophia, gerontocomia, nosocomia, ptochodochea & xenodochea. His administrandis, prouentibusq; horū collegiorum & domūt & conseruādis & dispensandis clerici maxima ex parte perfecti sunt, eo quod hos fide certiore, & misericordia in afflictos & inopes ampliore, præstare deceat. Qui primi huic curæ deputati sunt, eos uocarunt Diaconos, & Subdiaconos, quibus postea adiuncti sunt Oeconomi, & Defensores.

Verum pridem ista administratio & dispensatio, quā 4
Quæ tantā
in utiliter mi-
nistrandis, &
uerē egenis
impēdi ope-
rabat, distri-
cta sunt in
prebendas in
unitū homi-
num.
 sacrosanctā esse oportebat, cum ea bona Deo dictata es-
 sent, sic intercidit, ut non solum illæ canonice portiones
 clericis, qui uel Ecclesijs rite ministrant, uel ad ministeria
 Ecclesiæ instituuntur, & pauperibus non præbeantur,
 sed ne ipsis quidem collegijs canoniconorum, & alijs egen-
 tium receptaculis ea sint relicta, quæ nominatim ipsis do-
 nata & addicta sunt. Nam Episcopi, & primores inter
 clericos, quibus res Ecclesiarum concredita fuerunt, tam
 illa quæ primū Ecclesijs obuenerūt, quam quæ postea sin-
 gulūt necessitatibus siue cleri in cura animarū ministratis,

&

& ad id ministerium sese apparantis , siue egentium ex plebe destinata & dicata sunt , distribuerunt in præbendas , quas ihs omnes propè concedunt , qui Ecclesijs , aut prorsus nihil ministerij præstant , aut illud præstant quod omnium infirmum & minime necessarium est . Nihil enim hi aliud quam Lectores & Psaltae sunt ; idq; etiam sibi magis , quam populo Dei , eo quod lingua , quam populus non intelligit , omnia legant & psallant . Quod officium , etiam si eo rite defungerentur , tamen adolescentium tantum & inferiorum clericorum munus esse debebat . Nam in Romano concilio , sub D. Gregorio primo celebrato , anathemate prohibetur , ne presbyteri , quorum munus est , uerbo Dei & sacramentis administrandis incumbere , aut Diaconi , quorum est , eleemosynam administrare , cantionibus uacent ,

Presbyteri
damnati ana
themare , qui
cantionibus
vacant ,

5 Iis autem , qui uel ministeria necessaria , ut est cura animalium , iam obeunt , uel obeundis se præparant , aut nullæ , aut perquam tenues præbendæ conferuntur : imo si que locupletiores his ministerijs prouisiones erant , haec per incorporationem , aliasq; obliquas & impias artes , ablatæ pridem sunt , & in præbendas eorum , qui lectorum tantum & cantorū munus aliqua ex parte sibi sumiserunt , dispergitæ . Quid : nec magistris scholarum sua salario relicta sunt . Eo uero factum est , ut non tantum nulli uspiam reperiantur idonei ad sacrum ministerium , aut educentur , sed ipsæ quoq; scholæ , dum doctoribus nulla super sunt stipendia , tacemus de discentibus , propè abstinentiæ sint . Iam ut uiuant , qui Ecclesijs nihil quam lectiones & cantiones præstant , easq; Ecclesijs minime utiles , imo propter impiam multorum in hoc opus fiduciām , & fœdā ex cōmentis prophanis contaminationem , plerunque noxias ac in quæ maxime usum præbendas suas cōuertant , quarū n̄ ferē , & plures , & pinguiores habēt , qui Ecclesias

Ministeria de
ferta , scholæ
ablatæ .

Ecclesijs permitiosiores sunt, id uero notius toti orbi est,
quam ut sit uerbis hic exponendum.

Atqui cum D. Scriptura, omnes S. Patres, omnes Cano
nes, ingens sacrilegium esse pronunciant, si ea, quæ ad cō
seruandum sacrum ministerium, & necessitates populi
Dei, cum publicas, tum priuatas subleuandas, Deo con-
secrata sunt, in alios usus, nedum in luxum & flagitia insu-
muntur: tamen, si quid rerum ecclesiasticarum hodie tan-
to abusui deciditur, & in eum propriæ usum, quem Diui
næ literæ, Canones, & leges præscribunt, in ministerium
curæ animarum, scholas, & pauperes, conuertitur: clamî-
tant hi ipsi rerum ecclesiasticarum prædatores & decocto-
res, sacrilegium committi, diripi patrimonium Christi, spoliari
Dei Ecclesiæ; nec ullum pestilentius inter Status
Germanæ aut periculosius dissidium, quam istincho-
die existit, & indies magis exacerbatur.

Qui Eccle-
siæ maxime
despoliant,
spoliij accu-
sam eos, qui
uerum usum
opum Eccle-
siasticarum
restituunt.

Quapropter non solum religionis, sed etiam publicæ
pacis & tranquillitatis causa, necessarium erit, quam pri-
mum huic malo remedium adhibere. Possetq; huius rei
tale initium fieri, ut de amplissimis illis collegiorum &
cœnobiorum opibus, hic statim ministerijs Ecclesiarum
& scholis necessaria deciderentur, de quorum modera-
tione facile conuenire posset. Postea uero quam in morte
decederent, quos nemo non agnoscit, cum ob suam impe-
ritiam atq; ignauiam, tum ipso etiam uiuendi genere, Ec-
clesijs nihil posse commodare, & tantum oneri esse, pos-
sent stipendia transferri ad eos, qui se sacro ministerio im-
pendunt, uel se ad id suscipiendū erudiendos dederint:
cuius certe rei summa Ecclesiam necessitas urget, tum
etiam aliqua egentibus portio deputari. Hæc de bonis
Ecclesiasticis, atq; eorum dispensatione & usu,

Quomodo
restituenda
terum Eccle-
siasticarum
dispensatio-

De Disciplina populi.

Restitutio
Catechismi.

Quod hæc, quæ & ipsa grauis simè concidit, restitui possit, necessarium erit primum omnium, ut preter ordinarias conciones, quæ singulis sacris ferijs quam fidelissime, de omnibus doctrinæ Christi capitibus habenda sunt, pueritia sacro Catechismo diligenter instituatur de omnibus fidei nostræ articulis, de peccato originali, & actuali, de iustificatione, de ueris uitæ Christianæ officijs, de uirtute & fructu uerbi Dei, de efficacia & usu sacramentorum, & disciplina Ecclesiæ: ac audiat expositionem symboli Apostolici, precationis dominicae, decem præceptorum: doceatur de præcipuis Evangelij locis atq; officijs Christianis. Hæc summo studio tradi iuuentuti, & exigi etiam ab ea oportet, ut constet quantū quisq; profecerit obiurgari denique quos constituerit minus esse attentos.

Restitutio
ueræ Confir-
mationis.

2 Vbi uero adolescentes de his satis instituti fuerint, & eò promouerint, ut merito ad mensam Domini admittî debeat: curandum est, ut ante coram tota Ecclesia fidem suam profiteantur, seq; etiam in obedientiam Christi & Ecclesiæ ipsi suis uerbis offerant & addicant. Post quam professionem, fieri pro eis ab Ecclesia precationem, & imponi eis à ministris manus conueniet: eoq; pacto ueram eis confirmationem, de qua & Liber ab Imp. Mai. tractat, exhiberi. Hæcres eò conferet, ut qui fidem & obedientiam adhunc modum professi fuerint, deinde per totâ uitam disciplinæ Christi sese libertius subiçiant, & si labantur, facilius erigi, si à uia Domini declinent, citius in eam reduci queant. Eaç ratione censura uitiorum, abstentio, excommunicatio, totaç illa salutaris discipline se ueritas cōmodius restituat: atq; in uniuersum metus pec-

cane

candi, recte uiuendi studiū, quotidiana ad pietatē et sanctimonīā exercitatio magis excitabitur, & confirmabit.

Ethāc itaq; ecclesiastica censura, & animaduersio ab stentōnis & excommunicationis reuocanda in Ecclesiā am est: sed quæ non ad exigenda debita, aut firmandam externam cleri immunitatem & dominationem, sed ad coercenda scelera & flagitia, ad corrigendos malos populi mores, adhibetur & exerceatur: idq; uero ac salubri iudicio spiritus, & per idoneos ex clero & populo administratos: solaq; instaurandæ in Dei populo pietatis & sanctimonie causa; non ambitione aliqua, uel quæstus cupiditate. Vt factum est hactenus, in uulgatis illis inspectionibus, quas falso Synodos uocant, in quibus flagitios quidem multarunt, sed ut lucrum inde referret Officialis, uel Episcopus, uel certe quo suæ, aut alterius cuiuspiam malevolentiae obsequerentur: non ut emendarentur qui peccauerant, & Ecclesia offendiculis purgaretur.

Hanc uero Domini disciplinam, si rursus in doctrina & Sacramentorum usū Ecclesiæ uere consentiant, & idoneos, fidos, atq; uigilantes ministros habeant, tum Catechismus cottidie summo studio exerceatur, non minus facile erit restituere, & moderatione, toti Ecclesiæ, omnibusq; eius ordinibus salutari, exercere, quam ea Ecclesijs ad conseruandum & prouehendum poenitentiæ & pietatis studium, necessaria est.

Quo autē & hæc disciplina, sine qua certe Ecclesiæ ritete cōsistere non poterunt, iterum suscitetur, & alia omnia, quæ ad ueram Ecclesiarum reformationem requiruntur, simul obtineantur, & ad diuturnitatē confirmentur; omnino necesse erit, ut ordinarijs potestatibus, & magistratibus sacerdotalibus sua quoque cura, & facultas, requiriendi & exigendi à singulis, quicquid in officio cuiusq; est, tum etiam quæ uitiose omittuntur et peccantur,

Resistatio
censura &
excommunicatiōne.

4

Supremis po
testatibus
rerum Eccle
siasticarum
cura restitu
enda.

P. ij

corrīgendi . iniungatur omnino ea cum moderatione,
tum ſeueritate , qua eis iſtam curam Diuinæ Scripturæ,
Canones, ſcripta Sanctorum Patrum, & Nouelle luftinia
ni imponunt, & demandant.

6 Hi quoq; Principes & magistratus excitandi ſunt, ut
publicas idololatrias & ſuperſtitio[n]es, quas etiam Liber,
ab Imperatore oblatuſ, ſubmouere p[re]cipit, tollant, & fla-
gitia, ut ſcortationem, ſtupra, adulteria, ebrietatem, & cæ-
tera offendicula, que eunq; palam mores Ecclesiæ uitiant,
iustis poenis & coercionibus ē populo Dei profligent.
Qua de re, quicunq; ciuilis criminis rei fuerint, etiam
cleric[i], eximi[e]or[um] iudicio non debent, ita ut à pijs Impe-
ratorib[us] in Nouellis edictum legimus.

7 Ad hunc itaq; modū, quem hactenus deſcripſimus,
ſi Dominus nobis dare dignaretur, ut uerbo ipſius, ſan-
ctis Canonibus & legibus, nos hactenus ſubiijceremus,
& Imperator Augustus Clementis. Dominus noſter, Ce-
teriq; Electores, Principes & Status, abuſus ac uitia ſane
grauiſſima & pernicioſiſſima, que in clerum & populum
inuaderunt, & ad extreſum inuaderunt, ſecundum com-
memorata aperta Dei p[re]cepta, Canones probatiſſimos,
et authoritatis prime, uere pias religiosor[um] Principum le-
ges, quibus Canones cōfirmati, et ut pro legibus habeantur,
ſanciti ſunt corrigerē & emendare, Ecclesijsq; ſynce-
ram doctrine, Sacramentorum et diſcipline in clero & po-
pulo administrationem restituere, anniterentur, & cōcor-
di in id ſtudio quiſq; per ſe in cumberent; omnino iam cō-
ſultum Ecclesijs, & uera ac ſalutaris earum reformatio ob-
tentia foret. Regnaret plane apud nos Christus Iesuſ, &
quacunq; bono nobis & ſalutie eſſe poſſunt, benigniſſime
cōferret & auget, malaq; & noxiā omnia potentiſſime
a nobis depelleret & arceret. Ipſe efficiat in nobis, ut hoc
regnum

regnum eius, & iustitiam cognoscamus omnes, & uero
corde queramus.

*Quomodo initium reformationis Ecclesiasticæ
nunc faciendum.*

AT uero cum ista plenior Ecclesiarum reformatio,¹
absc⁹ Nationali conuentu, recte institui & obtine-
ri haud facile queat, nec possit sine certissima & irre-
parabili pernitie Germaniæ amplius in totum differri,
certe tale huius reformationis initium fieri non incom-
mode possit, ac debeat.

Primum, ut doctrina Christi uniuersa, ubiq⁹ in Eccle-
sijs Germaniæ, iuxta Articulos, de quibus hic conuenire
queat, bona fide traderetur, & summo studio hominum
animiſ infigeretur: tum ut Sacra menta & cuncte ceremoniæ,
tam conformiter ad Articulos conciliatos dispensa-
rentur & administrarentur, quam cuic⁹ Statut⁹ id in sua
Ecclesia ad ædificationem factu possibile foret: denic⁹
ut in ihs quę continentur in Articulis nondum conciliatis,
quisq⁹ Statuum cuncta item, congruenter ad conciliatos
Articulos, quantum pro edificatione Ecclesiæ sue liceat,
attemperaret & institueret.

At uero, quia populus pridem ubiq⁹ Germaniæ nouit ³
Sacramenti integrī usum à Domino ipso institutum pro ^{Integrum sa-}
omnibus esse, sic quoq⁹ omnem, non priscam modo, sed ^{crumentum}
eam etiam, quæ ante trecentos annos exitit, Ecclesiam
ubiq⁹ obseruasse, ut in Græcia, Indiā, & ubiunc⁹ extra
orbem Romanum Christiani sunt, adhuc observatur,
statim hęc prohibitio integrī Sacramenti tollenda erit, &
plena communicatio omnibus permittenda: id quod &
Liber ab Imp. Mai. oblatus, pie consulit.

Deinde, quia nec doctrina, nec Sacra menta in Eccle-
sia salutariter administrari possunt, nisi Ecclesiæ idoneos

*Ecclesijs per
mittendū ut si
bi ministros
institutū ido
necos.*

fidos, & zelo Domini inflammatos ministros habeant; necessarium erit, ut singulis per uniuersum Imperium Ecclesijs & Statibus, liberum hic fiat, tales sibi ministros querere & assumere, qui ad eum, quē nunc descripsimus modum, doctrinā & sacramenta, iuxta conciliatos Articulos sinceriter & fideliter administrent. Qua in re, Statutus singuli ab Episcopis et omnibus, siue iij Ecclesiastica, siue politica potestate polleant, adiuvari, & à nemine impediri aut turbari debeat.

*Scriptuenda
stipendia mi
nistris.*

5 Tertio, quia nemo sacro ministerio rite se impendere potest, nisi habeat uitę huius necessaria: & de his, sicut & de institutione & prouisione scholarum, tolerabilis alii qua hic atq; equa ratio, quantum pro initio fieri poterit, ineunda est.

*Matrimonii
permittendū
ministris.*

6 Quarto, cum omnino contra naturalem honestatem, nedium contra legem Dei, & Canones, tātōpere pugnet, habere sacrorum ministros turpi mulierum cōtubernio, aut alijs manifesta impudicitia defœdatos: nec possint hodie, qui hac abominanda fecunditate puri sint, inueniri, ad ministerium Ecclesiæ idonei, si maritis illis esse non licet; ipsa profecto religionis necessitas summa & inevitabilis, id quoq; postulat & exigit, ne ministris posthac sit sancto coniugio interdictum: & remittantur tandem posteriores Canones ea parte, qua cum lege Dei, & uetus melioribus Canonibus non consentiunt: quo ea parte & recentiores & antiqui Canones, ipseq; Diuine legis Canon, qui tā diuit, maximo & irreparabili religionis ruinā remissi fuerunt, restitui & seruari queāt, ne scilicet diuina mysteria & administrant, cum quibus Christiano nefas est, etiam utilarem cibum sumere, idolatriæ uero & ariolandi malo par, communicare sacrī.

7 Quinto, ne inter hęc reformationis primordia, alij alio rum iura uel bona inquadant, utq; illicitae nouationis periculum

ticulum arceatur: conueniet constitui hic statim ex partis
utriusq; consensu graue aliquod & æquum, soliq; iustitia,
et nullis partibus addictū iudiciū Cameræ, per quod
si quid dissensionis inter hæc reformationis initia obo-
riatur, iudicetur & omnis iniquitas alieniq; inuasio dç-
pellatur & cohibeatur.

*Dilutio eorum, quæ obijci solent, ne Germania
aliquid reformationis initium ipsa perse
moliatur.*

VErum contra hunc conatum reformandę Ecclesiæ:
germanicę, obijci solet, Germanię non licere, ut ea
per se in religione aliquid immutet, q; non & alię
nationes simul mutare instituant: religionem pertinere et
ad alias Christianas nationes, quare sine illarum appro-
batione, nihil de ea statui debere à nobis, quod enim om-
nes attingit, esse ab omnibus approbandum: & si quid
Germani suo tantum consilio, corrigere in rebus ecclesi-
asticis ausint, eo illos nihil aliud, quam quod nūc graui-
simo nostro malo & aliarum nationum offendiculo ex-
istit schisma, aucturos, & dissimilitudinem religionum,
quæ modo inter hanc & alias Nationes Christiani no-
minis est, & turpissima, & pernitosissima, facturos maio-
rem: id quod hominibus religiosis sit indignissimum,
& nationi nostræ periculosisimum.

Sed respondendum ad hæc est, Christianis, qui Chri-
sti precepta hominum uoluntatibus tanto interuallo pre-
ferre debent, quanto est Christus anteferendus homini-
bus: non licere, ut quæ iam certo cognoverint ab uno hoc
Seruatore nostro uerita, retineāt, aut ut amplecti differat,
quæ non possunt dubitare, sibi esse ab hoc ipso uno magi-
stro & Deo nostro, sanctissime iniuncta & mandata:
etiam si repugnet hac in re totus orbis, ne dum non
approbet

*Iudicium Cap
merg equum
constitutum*

*Obiectio eis-
tra conarum
reformatio-
nis.*

*Christus cui
ipso se au-
diendus & se
quendus erit
fi orbis recta-
ment.*

approbet hoc studium. Perpetuum n. illud est, Oportet
Deo magis obedire, quam hominibus. Acto. 5.

Postulata reformatio manifestorum tam uiriorum correctio est.

3 Iam negare nemo potest, quæ hic ostendimus, in Ecclesijs uel corrigenda, uel restituenda esse, ea Christum Dominum ita corrigi & amplecti in Diuinis scripturis, in sacris Canonibus, & in piorum Principum legibus precipere & requirere & clarissime & seuerissime. Quare si etiam aliæ nationes, hanc Domino præceptam mutationem, hoc est, manifestorum uiriorum correctionem, & necessariorum officiorum restitutionem nunqā admittere, imo pro uiribus etiam oppugnare uelint, tamen nisi non libeat nobis esse oves Christi, audienda nobis vox est huius solius boni & principis Pastoris nostri, ipsum sequi toto pectore oportet: postquam nimis sic clare nobis uocem suam ingerit, ut de ea dubitare, etiam si uelimus, non possumus. Nec enim de rebus dubijs & abstrusis agitur, ut quid rei ciendum, quid uere recipiendum sit, ambigere quisquam possit, ut opus in eo esse possit in dicio aut iudicio eorum, qui in aliis nationibus spiritu Domini ampliore prædicti sunt. Testata enim & explica ta hæc Scripturis & Canonibus tam euidenter, tamque copiose extant, ut si reformationem ulterius differamus, eo, cœu clarissima uoce, Domino renunciemus, Nolumus humc regnare super nos.

4 Pertinet quidem religio ad omnes Christi nomine insignitos: & oportebat pridem à cunctis nationibus, quæ hoc nomen retinent, communī consilio & consentiente studio, quæcunque in religionem uitia inuaserunt, corrigi, & synceritatem eius restituiri: at dum aliæ nationes, apud nos, propris siue ignoratione ueritatis, siue prauis cupiditatibus, siue oppressione tyrannidis Antichristi impeditæ, salutem suam negligunt, & uitiantas religiones quam repurgatas malunt, ob id non est & nobis nostra salus negligenda, &

Institutum reformatiōis apud nos, propris in aliis nationibus gratiū & uile erit.

& in uitjis religionis, quę certum secum exitium trahunt, perseuerandum. Et sicut ea, quam nos moliri optamus facrorum reformationem, Christus & Ecclesia omnis aperiissime & seuerissime præcipit atq; exigit, ita conatum hunc nostrum nulli uspiam Christiani, qui de his rebus cognoverint, non approbabunt & laudabunt: cæteri, ut alieni adhuc sunt à Christo & eius Ecclesia, ita uox eorum audienda ouibus Christi non est, ipsi q; eis omni studio fugiendi sunt. Cum deniq; hac reformatione, uerè pietatis exemplum alijs nationibus preferemus, erit quod nobis illę gratias agant, non quod nobis offendantur, postquam hinc maximum commodum, & nihil sensuræ sint incommodi.

Quod uero interim uarietas aliqua, utel dissimilitudo inter nostram & alias nationes aliquamdiu mansura est, id non fiet uitio nostro, nec est id (quod ad nos quidem attinet) schisma appellandum. Non enim abscondimus aut auellimus nos ab ullis ueris Ecclesijs, dum purius & plenius nos uniuersæ Ecclesiæ Dei, quæ ab initio fuit, ad iungimus & adhæremus: nec dissimilitudinem ullam cū eis inducimus, dū quæ apud nos à fide & religione Sanctorum aliena irrepserunt, resecamus, & ad hanc fidem & religionem omnia conformare annitimus.

Et sicut id non foedum aut noxium, sed optabile positius initium purgationis, & restituendę sanitatis haberi debet, si in corpore undiq; lacero & ulceroso, aliqua tamē membra mundari & curari incipient, etiam si reliqua non possint eandem statim curationem recipere: ita si nobis Germanis Dominus, quos primos hic uocauit, donet etiam, ut primi moliamur eas labes et uulnera, quibus cū nostra cunctę nationes defoedatae et saucię iam diu iacent, emundare & obligare, nullam ea res in corpus Christi, hoc est Ecclesiam, turpem dissimilitudinem aut deformi-

Si nos nostra
reformemus,
alijs in defor-
mitate ma-
nentibus, id,
quod ad nos
attinet non
est schismati-
cum aut tur-
pe.

Q

ratem inferet, sed erit salutare & necessarium initium, ut totum aliquando corpus eandem munditiem & sanctitatem recipiat.

Schisma ma-
nebit, si diffe-
ratur refor-
matio.

7 Si uero hanc necessariam Ecclesiarum reformationem instituere differemus, non solum ab alijs nationibus, sed etiam inter nos ipsos distracti, uarij, et dissimiles in religionibus erimus. Nec n. auferet Dominus à suis quos ad reformationem apud nos cęptam pertraxit, sp̄iritum constantiae, quo ut hactenus, ita ad extreum usq; anhelitū, in ijs, quę ipse eis donauit, perseverent. Vbi itaq; reliqui Status p̄iam et sanctam reformationem à se reh̄cient, tum uero foeda & pernicioſa Germanię, non tantum ab alijs nationibus, sed etiam intra seipſam distractio & dissipatio corroborabitur, intolerandaq; ultio Dei irritabitur.

8 Ergo Dominus Iesuſ caput nostrum, qui ſemetiſum pro Ecclesia ſua in mortem tradidit, ut eam ſanctificaret, mundatam lauacro aquae in uerbo, utq; eam ſibi ipſe ſiſtat gloriosam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut quid huiusmodi, ſed ut ſancta & inculpata ſit. is donet Imp. Mai. omnibusq; Eelectoribus & Princi- pibus cæterisq; Statibus Imperij, uniuersis & singulis, ut quantis in ſordibus & malis, nunc Eccleſię Dei ubiq; iaceant & detineantur, plene agnoscant, atq; ſicut ab ipſo Principe, & ſolo bono Pafatore noſtro, gregi illius paſtores, & curatores prafecti ſunt: ita etiam ſuum ſtudium ſuamq; operam, pro omni ea potestate, quam ab eodem Christo Domino, cui ſcilicet Pater omnem potestatem dedit in coelo & terra, acceperunt, ad id confeſrant, quod cunctæ Eccleſiae uerbo & ſpiritu Christi, quamprimum undiq; omni labore & macula, cunctisq; morbis & languore ſuperſtitioñis, diſſolutionis, uitæq; impure purgenter, ac ſanentur, & primęam ſuam formam & uires, in omni pietate, ſanctimonia & iuſtitia recipiant, in eaq; ad glo- riā

ABVSIBVS ECCLESIASTICIS. 115
tiam sempiternam Patris coelestis semper illustrandam,
& salutem generis humani promouendam, persi-
stant usq[ue] in diem eiusdem sponsi & capit[us] sui,
Domin[us] nostri Iesu Christi. Amen.

DE IISDEM ABVSIBVS EC-
CLESIASTICIS EMENDANDIS,
altera indicatio.

Authore Philippo Me-
lanchthonae.

CVm prima & præcipua cura esse debeat in Ecclesia Christi, ut Euangelium recte, pure, & perspicue doceatur, prodebet aliquid summa doctrinæ Euangeli, tanquam Catechismum editum de Deo, de tribus personis diuinitatis, de creatio[n]e, de peccato originis, de Christo, de[n]iq[ue] de ceteris articulis symboli. In hac summa prodebet complecti Articulos conciliatos; ita et multi pie erudirentur, & paulatim Ecclesiae coirent in concordiam.

Prohibendum est, ne omittantur conciones ordinariæ in festis diebus, & curandum per eos qui præsunt, ut pastores pia, & utilia ad edificationem, & apta temporibus dicant. Et in fine concionum addant adhortationem ad poenitentiam, cum publica absolutione, & precatiōnem pro presentibus necessitatibus quolibet tempore.

Et quia uetus consuetudo tradendi Catechismi, & pueritiae peculiariter erudiendæ, & explorandæ, fere ubique negligitur, inter præcipuas reformationis partes ducimus esse, renovationem eius moris. Quare efficiendum est, ut per pastores aut diaconos singulis septimanis, duæ

Conciones in
festis non
omittendæ,
& quales ha-
bendar.

Catechismus
angulis sepi
manis exer
cendus.

horæ aut tres, pro cōditione loci, tribuantur Catechismos; sic, ut cōetu puerorum & puellarum conuocato, tradatur ordine, & simplicissime summa doctrinæ Christianæ, & audiāntur ordine pueri & puellæ, recitantes symbolum, deca'logum, precationem dominicam, doctrinam de fide iustificante, de sacramentis, de pœnitentia, de bonis operibus, de cruce. Cogitemus purissimam Ecclesiæ partem esse pueritiam recte institutam. Ideo hæc etas nequaquam negligenda est: præsertim cū & hic fructus accedit, quod cum tenera ætas pia & salutari doctrina imbuitur, simul concipit amorem religionis christianæ, quæ postea, cum accedunt anni, prodeat moribus. Et melius iudicat homines de ihs doctrinis omnibus, quæ elementa recte imbibit prima pueritia. Deniq; notū est illud, Vsc̄ adeo à teneris consuescere multū est. Et toties clamitat ac præcipit Deus in sacrī literīs, ut doctrina cœlestis tradat pueris.

4

Et quia ceremoniæ inuitare homines, & adsuefacere debent, tum uero etiā signa sunt, ad admonendos, & descendos rudes utilia, curandum est, per eos qui præsumunt, ut ceremoniæ utiles, & quæ aliquid grauitatis habent, retineantur, & absurdæ ac indignæ grauitate Ecclesiæ abolescantur: ut sunt multæ statuarum circumgestationes; ut alia cubi magno pondere crux circumfertur, quam uix quietuor gestare queunt &c. Item statuæ et picturæ fabulosæ, & quæ superstitione coluntur. Harū rerum emendatio bonis & prudentibus gubernatorib; in qualibet diœcesi commendetur.

Ceremoniæ
utiles retinen
de, inutiles
abolendæ.

Ministri Ec
clesiarum ex
aminandi &
probandi.

Sed plurimum refert, quales sint pastores, et cæteri doctores et ministri Ecclesiarū. Acne idonei præficiantur, potissimum ex his duabus causis accidit: uel quia patrōni et collatores commendant indoctos & ignauos: aut propter priuatam benevolentiam, aut corrupti pecunia, aut propter alias causas non probandas, uel quia Episco-

pi,

pi, sine delectu, sine exploratione, admittunt quoslibet,
& cum non afficiantur cura salutis Ecclesiarum, nec do-
ctrinam, nec mores pastorum inquirunt, nec praeficiunt
inspectores, qui indoctos erudiant.

Vt igitur his causis occurritur, primum de collatione
deliberandum erit. In collegijs prodest restituui canonii-
cam electionem, nec concedi, ut mense Papali aut per ali-
as occasiones intrudantur indocti aut male morati.

Ceterum in eligendis pastoribus, et si ius patronis no-
lemus adimi, tamen nec patroni praeficiant pastores, no
prius commendatos aliquo testimonio Ecclesiae, hoc est
honestorum hominum in eo cœtu, cui datur pastor. Et
liceat Ecclesijs reijcere impios aut non idoneos, aut refer-
rerem ad Episcopos, aut eos qui loco Episcoporum su-
stinent gubernationem ecclesiasticam.

Episcopi, aut hi qui ecclesiasticam gubernationem lo-
co eorum sustinent, nullos ordinent, nisi ad certa mini-
steria Ecclesie. Nec sint ociosi sacrificuli, tantum eò or-
dinati, ut uictum sibi querant lectione Missarum, ut
uulgo fit.

Nec ordinentur inexplorati, sed sint viri docti & gra-
ues aliquot, quibus sit in qualibet dioecesi mandata cura
examinis. Hi neminem admittant ad ordinationem, nisi
adferat testimonium de uocatione ad certum ministeri-
um, & de moribus, deinde doctrinam inquirant de do-
gmatibus Ecclesiae necessarijs. Si quos inuenient pror-
sus indoctos, prohibeant, ne ordinentur, & significant
patronis aut Ecclesijs, ut alios querant idoneos. Si au-
tem erit aliquis mediocri doctrina instructus, et uideatur
posse proficere, detineatur, & ab aliquo examinatore per
mensem unū atq[ue] alterum eruditatur. Nam examinatores
illi non tantum sint ociosi auditores ordinandorum, sed
suscipiant laborem etiam erudiendi indoctiores, eosq[ue]

⁶
Corrigendum
abusus colla-
tionum.
Electio cano-
nica collegijs
restituenda.

Ius patrona-
tus seruandū,
sed ecclesijs e-
stia ius suū in
dignos reijcē
di restituēdū.

Nemo nisi ad
certū ministe-
rium ordinā-
dus.

Qualis esse
debeat minis-
teriorum ex-
aminatio.

Q iij

Sepius audiant. Et Episcopis aut gubernatoribus eum
ræ sit, ut pauperes ordinandi interim uictum habeant,
& aliquot libellis necessarijs instruantur. Hæc officia
sæ si sumptuosa esse arbitrantur, cogitent nullum esse
sanctius eleemosynæ genus, quam pauperum sacerdos-
tum studia iuuare, & consulere Ecclesijs: ac reputent,
sibi propter tales eleemosynas tantas opes datas esse. Cu-
rabunt igitur, ut pauperes ordinandi habeant hospitia
& preceptores.

10 Vt autem pastores, & cæteri ministri Ecclesiarum,
sacerdotes & diaconi, possint Deum inuocare bona
Vt idonei ministris haberi quæcumque admittendum matrimonium. conscientia & uera fide, aboleatur Lex & obligatio,
quæ prohibet coniugium sacerdotibus: ac liceat elige-
re ad sacerdotium, uidelicet ad docendum Euangeli-
um, & ad Sacraenta administranda, honestos mari-
tos: liceat etiam his, qui sunt ordinati cœlibus, postea
honestum coniugium contrahere. Si enim hoc non con-
ceditur, multis locis deerunt Pastores, & Ecclesia-
rum solitudo, & uastitas metuenda est. Sicut iam in ip-
sis Episcoporum ditionibus in Germania, scimus mul-
tis locis deesse pastores Ecclesijs. Cedat igitur huma-
na traditio, & iniusta lex necessitati publicæ, cedat di-
gnitati ministerij, quod ut conseruetur, tollantur iniusta
vincula, & obligationes, quæ deterrent pios & mode-
stos ab ea functione.

11 Haud dubie omnes modesti toto corpore atq; ani-
Lex de celibato infinita agmina animarum per traxit ad integrum. mo cohorrescant, cum cogitant quanta agmina anima-
rum hæc lex de cœlibatu, totam seculis traxerit in æter-
num exitium.

Quanquam igitur cœlibatus fortassis ad opes ecclesi-
12 asticas retinendas est accommodior, tamen maior ha-
benda est ratio ueri cultus Dei, salutis animarum, & pub-
lici exempli. Sacerdotes polluti mala conscientia, non
possunt

possunt Deum inuocare, ruunt in interitum perpetuum,
& nocent exemplo moribus aliorum.

Si his tantis causis gubernatores non mouentur, si ¹³
impediunt ueram Dei inuocationem, si non afficiunt
tur exitio aliorum, profecto dura est Ecclesiæ seruitus.
Quare oramus, ut hoc vinculo cœlibatus ministri Euani
gelij liberentur.

Abusus frequentissimus est ubique, qui grauiter of- ¹⁴
fendit Deum, quod homines obnoxij publicæ turpitudini petunt absolutionem, & cœnam Domini, sine uera pœnitentia, tametsi propter solemnum ritum, quandam simulationem pœnitentię præ se ferunt. Hoc eō sit, quia Episcopī multis seculis neglexerūt iudicia Ecclesiastica, ut postea dicemus. Sed tamen mandetur pastoribus, ut prudenter Sacra menta administrent, nec absoluant eos, qui non promittunt emendationem uitæ: & si possunt, obnoxios manifeste turpitudini indicent iudicibus Ecclesiasticis, aut alijs magistratibus.

Pastores in singulis Ecclesijs audiant semel in anno ¹⁵
ordine auditores, presertim rudiores ac fidem eorum ex-
plorent, idq; in templo fiat. Nec potest hac in re quisquam detectare pastoris autoritatem, quia singuli debemus fidem profiteri: presertim apud pastores pios & fideles, cum hoc ex officio postulat. Ibi pastor singulos etiam ea, quæ cuiuscq; ætas aut mores postulant, prudenter, & grauiter moneat, & erudiat indoctiores, de fide, demoribus, de usu Sacramentorum.

Et ut populus tranquilla & pia conscientia ad cœnam ¹⁶
Domini accedere possit, conscientijs illorum consulatur,
qui cum norint ueterem Ecclesiæ morem, integro Sacra-
mento uti malunt. Nemo circumferens malam conscienciam
potest Deum inuocare: ut igitur Deus colatur, &
ut consulatur hominum saluti, gubernatores maxime
cauere

Frequentissimus
abusus, quod
palam uitiosi
absoluuntur
& ad eucha-
ristiæ admis-
sione.

Singuli te-
mel in anno
explorentur
a suis pasto-
ribus.

Reservantur
plebi usus Sac-
ri calicis.

cavere debent, ne laedantur piæ conscientiæ.

17 Constat hanc ceremoniam institutam esse, ut fidem confirmet in pauidis mentibus, seu consolationem adferat, & ut hic gratiæ agantur Deo. Quomodo autem consolationem capiet, aut aget gratias exulcerata conscientia? Hæc arcana uulnera gubernatores Ecclesiæ intelligere, & sanare debebant. Ideo tollatur abusus, uidelicet prohibitio calicis.

18 Maximus & uniuersalis abusus est, quod non exercentur iudicia Ecclesiastica, nec de doctrina, nec de moribus sacerdotum, aut populi. Primum, Pontifices quando conuocarunt Synodos ad ueram, & æquam cogitationem de doctrina: sed iam de particularibus Ecclesijs agimus. Episcopi habent officiales, ut uocant, quibus controversiae de contractibus sponsalium, & aliæ quædam inquisitiones commissæ sunt. Hi nec intelligunt officium suum, nec faciunt: sed habent quædam aucupia pecunia, que longum esset recitare.

19 Non possumus sine magno dolore cōmemorare Ecclesiæ calamitates. Nos in Germania titulos habemus Episcoporum, Episcopos qui officium suum faciant, nō habemus. Cum enim quatuor sint præcipua Episcopi officia, docere & gubernare doctrinam, ordinare & explorare ordinandos, præesse iudicijs Ecclesiasticis & visitare Ecclesijs nostri. Episcopi in Germania uix umbram & ceremoniam unius muneris retinent; uidelicet ordinationem sine exploratione. Interim tenent amplas ditioñes, quas cum administrant, ducum officijs funguntur, non Episcoporum. Quas si uolunt retinere, non enim

Præficiendi ecclesijs qui munus Episcopij uere administrent

impeditus, deliberetur de certis, qui uere regant Ecclesijs: & ut supra dictum est, oportere in qualibet diœcesi, esse certos delectos viros, qui presint ordinationi, & explorationi ordinandorum, ita sint, seu ijdem, seu alij, qui presint

De iudicijs
ecclesiasticis
testinuendis.

Quatuor præcipua Episcopi
officia.

presentiū iudicijs Ecclesiasticis, & uisitent Ecclesias,

Fungatur igitur uero munere Episcopi, seu unus ali-
quis certo loco, seu haec decuria iudicū. Necesse est n.
in Ecclesia esse aliquos idoneos gubernatores doctrinæ
& ordinationis. Necesse est iudicia exerceri de doctrina,
& de controversijs sponsalium, de diuertijs. Necesse est
restitui excommunicationem mandatam in Euangelio.
Hunc Episcopi uicarium, seu hanc decuriam iudicū
tueatur ille, qui titulum tenet Episcopi.

Iam si collegia haberent uiros doctos, pios, & exercita-
tos: expeditissimum esset legere hos iudices ex collegijs.
Sed addendi sunt aliqui honesti, graues, & docti uiiri lai-
ci. Et in singulis dioecesibus pro magnitudine plures ta-
les decuriae iudicū constituantur: sed sit una suprema,
quaer ut dictum est, si uelut uicaria episcopi.

Vt autem habeant hæ decuriae honesta stipendia, certe
præbendæ seu certa collegia, seu redditus monasteriorum
ad hos usus transferantur. Quanta est enim turba ocio-
sorum & ignauissimorum hominum nunc in collegijs &
opulentis monasterijs?

Constat, exigua pecunia apud officiales posse transfigi
de poena stupri aut adulterij. Hæc lenitas auget licentiam:
ideo seueritas iudiciorum, & poenarum restituenda est.
Ac primum de omnibus criminibus hoc seruetur. Ha-
beat suum ius magistratus civilis, ut ex officio laicorum
delicta inquirat & punit: ita sacerdotes reos manifestorū
criminum, stupri, adulterij, furti, cedis, & similiū, pu-
niant surarum legum poenis. Et quidem docendus est ma-
gistratus, ne negligenter officium suum administret. Nā
diuinitus huic gradui commendata est disciplina exter-
ne conseruatio & defensio: ut Paulus docet, inquiens,
magistratum honore afficere bona opera, è contra uero
formidandum esse malis. Nec exigua morum corruptio

Munus Epi-
scopi, vel per
unum aliquem,
vel per decuri-
am Iudicium
Ecclesiastico
rū adminis-
tretur.
De quibus iu-
dicandum iu-
dicio Ecclæ-
stico.

21
Laici adiun-
gendi in iudi-
cio Ecclæ-
stico.

22

Magistratus
civilis ani-
maduertat in
omnes crimi-
nosos, etiam
sacerdotes.

R

inde orta est, quod forum Ecclesiasticum impedituit magistratum ciuilem, ne inquireret aut puniret adulteria. Sit igitur uigilans & acer magistratus, sciat se disciplinæ custodem esse diuinitus in hac statione collocatum: interim tamen Ecclesiastici iudices suum faciant officium. Et quia in multis locis ciuilis magistratus, ex quadam ueteri & prava consuetudine, seignior est, in puniendis adulterijs: ideo pastores & iudices Ecclesiastici sint diligentiores in suo officio. Pastor admoneat obnoxios criminibus, adulterijs, epicureo contemptui religionis Christianæ, blasphemis sermonibus, periurijs, aut alijis criminibus. Si admonitus non pollicetur emendationem morum, defesarat eum decuria iudicium: hi, re exquisita, sententiam excommunicationis ferant aduersus reum, ac magistratu*m* ciuilis suam sententiam indicent.

23 Et ita sint constituta iudicia delectis certo numero, viris graibus, doctis, & iustis, ne pastor, aut quisquam alias communicationis ferre per plures
Senentia ex communione ferre, ad accusandum officij ratione. Nec licet soli pastori, ferre sententiam excommunicationis, sine illa iudicium decuria, aut nemine adhibito ex honestioribus viris sua Ecclesiæ. Ut enim uocantur haec iudicia Ecclesiæ, ita sunt plures adhibendi, ut Paulus uoluit. Tyrannis est ini mica Ecclesiæ; ideo species omnis tyrannidis in Ecclesiæ iudicijs fugienda est.

24 His decurijs iudicium commendanda est uisitatio Eccliarum, ubi de doctrina pastorum fiat inquisitio. Co herceantur petulantia ingenia, quæ serunt falsa dogma ta, tollantur superstitiones & statuæ, ad quas flunt concursus, & inspiciantur etiam scholæ, & gubernentur stu dia.

25 Nec officinæ typographicæ negligendæ sunt. Plurimum enim refert, quales libri ueniant in manus hominū, cau en

cavendumq; ne spargantur impia dogmata aut famosi li**belli.** Ideo magistratus in singulis locis proficiant certos inspectores seu censores officinis, nec licet edere libros non approbatos ab his censoribus.

Fiat etiam inquisitio de moribus pastorum & populi: 26
si compertum fuerit, pastorem admisisse aliquid flagiti-
um, puniatur seueris legum poenis: & eo minus conuen-
dum est ad stupra, adulteria, aut scortationes sacerdotum,
quia petimus concedi eis coniugium. Quare seuerissimis
poenis corporis illa delicta puniantur.

Inspiciant etiam visitatores rationes erarij in Ecclesijs, 27
& curent fideliter pendit stipendia pastoribus, diaconis,
& his qui praeunt scholis.

In scholis non solum Ecclesiæ seminaria sunt, sed etiā 28
ibi præparantur ingenia ad omnem reliquam uitæ gubernationem. Imo scholæ sunt fontes humanitatis in tota uita: quibus neglectis, necesse est sequi magnas tenebras, confusiones religionum, & superstitiones, legum & literarum atq; artium interitum, obliuionem antiquitatis & hystoriarum, morum feritatem, deniq; infinitam barbariem morum, & omnium uitæ partium. Quare omnes sapientes gubernatores, maxime iudicarunt scholarum constitucionem ad rem p. pertinere, & bene constitutas, præcipuum decus & ornamentum esse ciuitatum. Quanto magis in Ecclesia tuenda sunt scholæ: quibus conseruant & propagant doctrinam Euangelij, & traduntur aliæ bonæ artes, utiles, tum ad explicandam coelestem doctrinam, tum ad reliqua uitæ officia gubernanda.

Et hac in re moueamur consuetudine Ecclesiæ omnium temporum. Nunquam sine scholis floruit Ecclesia; 29
uoluit Deus certos esse ecclæ ad tabernaculum, quod Moyses co-didit, & postea ad templum: nō aliam ob causam, nisi ut ibi studia legis diuinae, & alias artium bonarum in-

quadam frequentia uigerent, et iuuentus excoletetur. Ita Samuel adolescens missus est ad tabernaculum, tanque ad Academia, & postea Elias ac Eliseus, Ioannes Baptista, Christus, habuerunt agmina auditorum. Hunc more & Apostoli seruarunt, ut ex Ireneo apparet, qui testatur Iohannem non solit uniuersam multitudinem illiteratam docuisse, sed etiam habuisse quosdam assiduos auditores, qui se totos studijs ad dixerant, quos solitus est familiariter docere, etiam extra conuentus uniuersae Ecclesia.

28 Hinc orta sunt uetera collegia: & proderat esse tales scholas, quae erant testes, quae doctrina ab Apostolis accepta esset, & conseruabant sententiam Apostolorum: ideo sape allegantur illae ueteres scholae: & propter has laudatur ordinaria successio, quod essent certi testes doctrinae Apostolice. Nunc hec laudes ad potentiam amplissimam transferuntur: postea cum opes, regia dominatio, luxus, extinxerunt studia collegiorum, caligo ingens in Ecclesia secuta est, & nata est illa theologia monachorum, diluta quadam ineruditia philosophia, & superstitionibus. Et hec ipsa nunc consenuit: quare sapientes gubernatores prouidere debent, ut in scholis rursus pia & sincera doctrina Christi tradatur: & muniendae sunt scholae, ut ad pastores propagari incorrupta ueritas possit.

29 Deinde quia in singulis regionibus magno numero pastorum opus est, alendi sunt pauperes scholastici de publico, qui cum recte diderint doctrinam Christianam, postea preficiantur Ecclesijs. Haec est uetus & uera Ecclesia consuetudo.

30 Toties uociferantur aduersarij nostri, consuetudinem Ecclesia negligi, cum ipsi hec utilissima instituta prophetarum & Apostolorum penitus deleuerint: que quidem ut restituantur, & conseruentur, omni contentione gubernatores perficere debent, uidelicet ita, ut scholae floreant, & pro-

Vetera Ecclesie
scholasticæ.

Ordinaria
successio.

Alendi pau-
peres schola-
stici.

& propagetur salutaris doctrina; & præparentur, excolantur, ac erudiantur studiosi postea præficiendi Ecclesijs.

Porrò in Academijs opus est duplīci emendatione: ui³¹ delicit doctrinarum, & disciplinæ. De artibus traden^{do} dis uere erudit^{In academijs} & prudentes ordinem præscribant, ita ut iuuentus nō solum uersetur in artibus prophanis, sed & doctrina & disciplina reparanda. etiam discat Christianam doctrinam: deinde ut ad uerā philosophiam reuocetur, & explosis nugis sophistis, tradatur dialectica sincere & prudenter; adiungantur physica & mathematica, formetur stylus. Sed haec pars de doctrina longior est, quām ut tota hic comprehendī possit: & singulis locis iudicio eruditorum & prudentū constituenda est.

Disciplinæ restitutio requirit autoritatem & diligen³² tiam Principum & magistratum: necesse est mores seue ritatem maiore regi, & continere iuuentutem intra septa, & ad pia exercitia reuocare: licentiam adstringere, prohibere conuiuia intempestiva, indecorum, scenicum & militarem uestitum. Hęc emendatio obtineri non potest, nisi magistratus ueris poenis contumaces puniant.

Sed ut Demosthenes neritos belli uocat pecuniam, ita³³ ad hos gradus omnes opus est redditibus: uidelicet ad alēdos pastores, iudices, scholasticos: & sunt in promptu, si recte collocentur. facile enim iniiri ratio potest, ut nobilitas in collegijs maiori parte reddituum Ecclesiasticorū fruatur, & tamen aliqua collegia, & monasteria transferantur ad hos tres gradus: ad augenda stipendia pastorum & diaconorum, deinde ad constituendas decurias iudicium, ac scholas, in quibus non solum mercedes dan<sup>R. restitutio
dispensatio
nis opum ec-
clesiasticarū.</sup>dæ sunt docentibus, sed etiam mediocris uictus præbendus pauperibus scholasticis: hęc ut facilius fiant, opulentia monasteria transferantur ad hos usus, in quibus nunc

<sup>Opulenta
monasteria</sup>
R. ij

tantum otiosi & ignavi homines aluntur. Et satius est hoc totum uitæ genus aboleri, quam interim esurire pios pastores, cum honestis uxoribus, & pijs liberis: aut scho lasticos, aut Ecclesiæ stare orbatas pastoribus, aut deserti literarum studia. Cum ait Christus, Dignus est opes rarius mercede sua: & Paulus inquit, nemo militat suis stipendijs: mandatum Dei præcipit, ut ad hanc militiam Ecclesiæ, docentium & dissentientium, stipendia conferantur. Et propter hanc causam à pijs Regibus & Principibus hæ opes Ecclesijs, quas nunc tenent, donatae sunt. Iniquum est autem præripi stipendia ab otiosis & fucis, ac interim fame perire eos, qui durissimam militiam in docendo & in gubernatione sustinent. Hæc sunt mutanda honorum, & sapientum Regum, & Principum consilijs, & autoritate.

34 Sed de monasterijs uirginum omnino prodest sexum illum imbecillem liberari uotis. Semper in conspectu sit sapientibus, & pijs gubernatoribus hæc regula. Non esse impediendam ueram Dei invocationem, qui cum mala conscientia inuocari nō potest, nec animas abstrahendas esse à Deo in æternum exitium. Constat autem in tanta imbecillitate eius sexus multarum conscientias grauissime excruciaris; ideo aboleantur hæc uota. Ettamen pauperibus puellis, præsertim nobilibus consulatur ex his redditibus, qui per certos questores ad hos usus quotannis colligantur, & quodam ordine distribuantur. Nam in pagis aut locis desertis, uirginum cœtus esse, nō uidetur utile: sed si placet aliqua monasteria uirginū conuerti in scholas puellarum nobilium, & aliarum, id fiat in urbibus, ubi est honesta disciplina. Et præsent honestæ, piæ & graues matronæ. Tales scholas aliquas puellarū esse, sine ullis uinculis uotorum optandum esset, in quibus nobilium filiæ & aliæ puellæ disserent literas & doctrinam Euangelij,

Reformatio
monasterio-
rum que pro
puellis depu-
tare sunt.

geliū & adsuefierent ad pia exercitū, & bonos mores,
nupturæ cum uellent.

Hæc est imago honestissimi coetus matronarum, &
puellarum, quæ olīm quadam assiduitate seruiebant
templo, in quo coetu Anna prophetissa, tanquam ma-
gistra fuit reliquarum. Deus pater Domini nostri Iesu
Christi, qui elegit sibi Ecclesiā, in qua in uita æterna cele-
bretur, emēdet, regat, defendat & augeat eam. Amen.

ORDINES PROTESTANTIVM.

AEC itaq; Imp. Mai. Princeps Elector, cę-
teriq; Principes & Status, absentiumq; Le-
gati, Protestantes, & Confessioni in comi-
tis Augustanis, oblatæ, adhérentes, respon-
derunt, cum de conciliatis in Colloquio, &
non conciliatis Articulis, tum de uia & ratione reformato-
rum abusuum Ecclesiasticorum, postq; Imp. Mai. ob-
lato Libro, & Articulis memoratis, sententiam de his, ab
Electoribus, cæterisq; Principibus, & Statibus in cōmu-
ne rogasset, cuius rogationis formula, in capite libri pre-
missa est,

Sunt autem hi Principes & Status Protestantes, &
Confessioni Augustanae adhérentes,

Iohannes Friderichus, Elector, Dux Saxonie.

Henrichus Dux Saxonie.

Mauritius filius eius.

Iohannes Ernestus Dux Saxonie, Electoris frater.

Robertus, & huius ex fratre nepos, Vuolfgangus, Palatini & Comites Veldenses.

Georgius Marchio Brandenburgius.

Albertus huius ex fratre nepos.

Iohan

Johannes Marchio Brandenburgius, Electoris frater.
 Christiernus Dux Holsatiæ, qui idem rex Danie est.
 Ernestus Dux Brunsuicensis & Luneburgensis.
 Franciscus huius frater.
 Philippus Dux Brunsuicensis.
 Erichus Dux Brunsuicensis.
 Berninus Dux Pomeraniæ.
 Philippus nepos huius ex fratre.
 Henrichus Dux Mechelburgensis.
 Ulrichus Dux Vuirtenbergensis.
 Philippus Lantgravius Hassiaæ.
 Vuolfgangus Princeps ab Anhald.
 Iohannes, Georgius, Ioachimus, fratres, Principes ab
 Anhald.
 Vuilhelmus Comes à Nassau.
 Philippus Comes à Nassau.
 Guntherus & Henrichus, Comites à Schuuarzenburg.
 Carolus & Ludouicus fratres, Comites ab Oetingen.
 Vuilhelmus Comes à Furstenberg.
 Conradus Comes à Deckelburg,
 Albertus & Gebhardus fratres, Comites à Mansfeld.
 Michael Comes à Vuertheim.
 N. Comes à Vualdeck.
 N. Comes ab Hoy.
 N. Comes à Rittberg.
 Bernardinus Baro à Stauffen.

Ciuitates liberæ, & aliae, quæ Imperij sunt.

Argentoratum,
 Augusta,
 Nuremberga,
 Lubeca.

Constantia

Constantia.
 Francofordia.
 Vlma.
 Goslaria.
 Nordlinga.
 Nordhusium.
 Eslinga.
 Hala Sueuorum.
 Memminga.
 Dinckelsbuhel.
 Reutlinga.
 Hailpronna.
 Lindauia.
 Campodunum.
 Ifna.
 Bibracum.
 Giengen.
 Vuinsheim.
 Vuissenburgū Nord.
 Gengenbacum.(gauie).

Ciuitates Libere, & ceteræ, quæ suos Principes habent.
 Brema.
 Magdeburgum.
 Hamburgum.
 Brunsuicum.
 Luneburgum.
 Embea.
 Hannouer.
 Gottigen.
 Nordheim.
 Hala Saxonum.
 Halberstadium.

Et quædam aliae in ulteriore Saxonia.

S

130
Q VID ALII ELECTORES AT=
Q V E P R I N C I P E S I M P E R A T O R I A E
Maiestati de Libro & actis Colloquiū
responderint.

CVm quidam inter Electores, aliósque Príncipes, per pauci quidem illi, sed qui pro sententia sua acerrime depugnarent, & ab ea ratione conciliandi Ecclesiás Germaniæ, quam Imperator instituerat, qua sola, uera & pia cōcordia constitui potest, magnopere abhorrerent: effectū est, ut reliquì Electores ac Príncipes Librum & Articulos, quos Imperator excutiendos obtulerat, ei restituendos iudicauerint, atque ab eo petendum, ut acta Colloquiū omnia, prius Legato Romani Pontificis exhiberet, cùmque illo, quid de hac tota causa faciendum, deliberaret, idq; quod inter se deliberaſſent, deinde ad Status referret: quo demum de his statuere & cum ipsius Maiestate in eandem uenire sententiam possent. Erant enim inter hos, qui Librum hunc, & omnia acta Colloquiū, totumq; Imperatoris sanctum & necessarium de pacificatione religione consilium, non sine Maiestatis eius suggillatione, ab ieiendum & prorsus abolendum censerent; idque tantum deliberari & constitui, debere contenderent, quomođ edictum Vuormatiense & decretum Augustanum confirmaretur, & contra eos, qui his non starent, defensio aliqua pararetur. Sed dum alij pleriq; ex hisce ordinibus prouiderent, si illa durior sententia obtineret, excitatum iri exitiosum patriæ bellum, ex quo nihil quam & religionis, & omnium honestarum rerum excidium impenderet, censebant hi Imperatoris adeo salutari cōſilio, quo solo

Solo pacificari Germania queat, obsequendum, & acta
Colloquij expendenda, & diligenter uiam quærendam
esse, qua & de religione uera ac pia consensio, & Ecclesia
sticarum rerum tolerabilis aliqua reformatio instituere-
tur. Ut uero iij, qui pacificationem ordinum Imperij, inter
se, uel omnem, ut nonnulli uerentur, uel certe hanc, quæ
per concordiam in religione, & Ecclesiarum reformatio-
nem, tueatur, auersabantur, eruerent se, pijs & planène-
cessarijs rationibus eorum, qui Consilium Imperatoris
probabat, nulla honestis specie obluctari posse, cœperunt
in aliud argumentum incumbere, eoç cum alios, tum
maxime Ecclesiasticos urgere. Non licere scilicet ipsis
detantis rebus, de immutandis religionibus, de correctio-
ne rerum Ecclesiasticarum, quæ ad Roma, Pontificem
imprimis pertinerent, nisi ante de Legati eius sententia
certi essent, aliquid explicati respondere, aut statuere. Co-
fidebant enim, si Legatus causam hanc ad Pontificem,
quod futurū facile erat confidere, referendam iudicasset,
tum se minore negotio, fretos scilicet præiudicio Legati,
rejectionem totius huius consilij, de uera conciliatione &
restitutione Ecclesiarum, obtenturos esse. Itaç factum
est, cum inter hos Principes & Status, alij Pontifici Rom.
plus iusto adhuc tribuerent: alij uero, sibi ab illo & satelli-
tibus eius metuerent: alij etiam de integritate Legati,
quem credebat à reformatione Ecclesiarum mi-
nime abhorrente, aliquid pollicerentur, ut ma-
ior pars ordinū, qui in altera adhuc parte
numerantur, in eam sententiā disces-
serit, ut Imperatori, quod iam se-
quitur, responsum
daretur.

R E S P O N S V M P R I M V M E L E-
C T O R V M , E T P R I N C I P V M , A L T E R I -
us partis, Datum Imperatorię Maiestati
de actis Colloquij.

Postquam iniustissimus Imperator, Domi-
 nus noster clementissimus, Electoribus, Prin-
 cipibus, & Statibus clementer patefecit, &
 scripto comprehensa offerri curauit, ea, quæ
 consignata fuerunt à collocutoribus, quos
 sua Maiestas ad id, cum hoc sibi communes Status detu-
 lissent, delegit, ut uiam & rationem ad conciliandam re-
 ligionem citra tamen aliquod præiudicium quererent: pe-
 tijc, ut illa cognoscerent, suamq; de eis sententiam, sibi
 communicarent, Electores & cæteri Principes, atq; horū
 absentium Legati, arduum istud negotium, ut quod ad
 gloriam & honorem Dei omnipotentis, salutem anima-
 rum, & communem Germanicę nationis utilitatem per-
 tineat, diligenter, quantū per temporis breuitatem liciuit,
 expenderunt. Videturq; eis ad negotium huiusmodi cō-
 mode expediendum, utile & cōsultum, ut Cæsareę Mai-
 scripta sex collocutorum, in quibus de Articulis religio-
 nis controversia agitur, reddantur, suaq; Maiestas, tanq;
 aduocatus & defensor catholicę Ecclesię, humillime ro-
 getur, ut cum Legato Pontificio, iuxta decretum Haga-
 noense, sex collocutorum scripta recognoscere, & com-
 municare uelit; præcipue uero articulos, in quibus collo-
 cutoribus conuenit, exacta & summa diligentia examina-
 re: ita, ut si quid in collocutorum scriptis repertum fuerit,
 quod uel sententia uel uerbis pugnet cum sanctis Patri-
 bus & laudabili Ecclesię consuetudine, si quid adhæc
 forsan abusuum in Ecclesia deprehensum fuerit, id mute-
 tur, emendetur, tollatur: preterea, si opus sit declaratione
 aliqua

aliqua, ad ea elucidanda, quae in Articulis obscurius posita sunt, ea adiçiantur. Atq; hęc oia cū perfecta fuerint, ad Status Imperij, quamprimum fieri potest, referantur: ut sic cū Imp. Mai. iuxta id, quod initio Comitiorum ipsa proposuit, concorditer Status de his rebus agere & constituerē possint. Deniq; ut Imp. Ma. dare uelit operam, ut Protestantes consentiant in aliquā Christianam formam & rationem, conciliandi reliquos articulos nondum conciliatos: quod si à Protestantibus impetrari non poterit, ut ad generale Concilium rejiciantur, aut saltem ad nationalem Synodū (si habendi generalis nulla spes fuerit) modo illa rite, & legitime contuocetur: q; tandem in Germanica natione, Christiana pax & tranquillitas conserua uari possit. Hæc responderunt Imperatori Principes & Status partis alterius uniuersi.

Hoc igitur respōso ab his Princīpibus accepto, Imp. Mai. admisit quidem, ut de actis Colloquiū de c̄c̄ re conciliatione & instauratione Ecclesiarum, cū Legato Rom. communicaret, tametsi satis intelligeret, quorū sum hoc consilium spectaret. At cum Principes & ordines, quoad fieri posset, in certam & plenam concordiam reducere, id diligenter studuit, ut quę statueret, omnium consensu statueret. Respondit itaq; hisce Princīpibus, facturum se, quod petiſſent, ne quid sui officiū quisquam defyderaret: admonuit tamen eos, se de hac tanta causa expectasse responsum solidius & explicatius, quod nimirum ad rem propositam, sanctæ & adeo necessariæ conciliationis, aliquid contulissent, non eā impediuerisset. Nam si tum dēnum constituere de religione & Ecclesiasticarum rerum reconcinnatione, hæc natio uoluerit, cum ad id opem suam conferet Pont. Rom. nemo qui cognitū habeat, quid Romæ credatur, & uiuatur, quæc̄ sint Papæ, maiorisq; Cardinalium partis studia, non spem

S iij

134 omnem de restituenda apud nos religione, ac ideo & pace uera ac stabili, despondebit. Quamobrem omnino in officio erat horum Electorum, cæterorumq; Principum, quos patres patriæ esse decet, hanc causam, in qua totius patriæ æterna salus agitur, non ad alios, ministri autem omnium ad Romanos reiçere: sed ipsos dispicere, atque summa cura anniti, ut tandem cum pace Ecclesiastum, ac sincera de religione consensione, toti patriæ, ita Dei, ac proinde impendens exitium auerteretur, & gratia ac benevolentia Dei, indeq; certa tranquillitas & felicitas restitueretur.

Responsū itaque Imperatoris, Electoribus,
cæterisque Principib⁹ redditum, habet in
hunc modum.

SNictis, Imperator, Clementissimus Domi-
nus noster, responsonem Electorum, Princ-
cipum, Statuum, & Legatorum eorum Prin-
cipum, qui absunt, de causa religionis, & Li-
bro eis oblato, cuius ipsis exempla exhibita sunt, intel-
lexit. Optauerat autem Ma.sua & omnino sperauerat &
expectauerat, Electores, Principes, ac reliquos Status,
postquam satis longo tempore Librum habuerunt, ut
expendenter & examinarent, aliquanto certius & ex-
plicatius exposituros suam sententiam. Porro quia se-
mel in ea sententia, quam obtulerunt Impera. Maiestati,
obfimarunt animos, ne officio suo deesse sua Maiestas
cuiquam uideri possit, nihil ipsa intermissuram se offert
in hac re, quod quidem suam Maiestatem deceat, & fieri
queat. Tradere itaq; Librum Legato Pontificio parata
est, ac cum eo communicare, quo de huius etiam senten-
tia fieri certior possit, &c.

VT ergo Imp. Mai. acta Colloquiū expendenda tra-
didiisset legato Romano, Gaspari Contareno, uiro
quidem ætate, eruditione, & moribus grauissimo,
& reuerendo: sed qui, quid persona, quam Roma. Pon-
tifex ei imposuisset, requireret, plus satis consi-
derauerit. Respondit is, ut sequenti scri-
pto ipse exposuit,

Cum libri
diu habuisset
expectau-
rat Imper. re-
sponsum so-
lidius & ex-
plicatus,

RESPONSV M LEGATI PON
TIFICII, DE ACTIS COLLOQVII, DA
tum Imperatoriaæ Maiestati.

Nos Gaspar, miseratione diuina, Tituli Sancti Appolinaris S. Romanae Ecclesiae presbyter Cardinalis, Contarenus, Sanctissimi Domini nostri Papæ, & sanctæ sedis Apostolicæ, in partibus Germaniæ, de latere Legatus. Requisiti à Cæsa. Maiestate suo, ac Reuerendiss. & Illustriss. Principum sacri Romani Imperij nomine, quid nobis videatur de his, quæ in negotio religionis tractata sunt, inter collocutores Catholicorum & Protestantium, à Cæs. sua Maie. deputatorum, & scriptis mandata, in quodam Libro, exhibito eis à præfata Maiestate, cum quibusdam apostillis utriusque parti s, nec non in quibusdam quinternionibus Protestantium: dicimus, quod omnibus bene discussis & consideratis, nobis uidetur. Cum Protestantes in nonnullis articulis discedant à communi consensu Ecclesiae Catholicæ, in quibus tamen non desperamus, aliquando ipsos quoq; Deo bene iuuante, nobiscum consensuros, nihil amplius de reliquis omnibus statuendum, sed remittenda esse summo Pontifici, & Apostolicæ sedi, qui uel in Concilio generali, cuius celebratio non multo post fiet, uel modo alio, magis opportuno, si res ita exegerit, ea poterit iuxta Catholicā ueritatem diffinire: nec nō, habita rerū & temporū ratione, statuere, quæ uidebuntur fore expedientia reip. Christianæ, & huic inclite nationi Germanicæ.

Gasparus, Cardinalis Contarenus, Legatus
apostolicæ sedis.

Cum

CVm hoc responso, dedit & aliud scriptum Imperatoris Legatus, in quo complexus est ea, quorum conuocatos ad se Episcopos, Pontificis & suo nomine admonuerat. Illud sibi habet.

SCRIPTVM LEGATI, IN Q VO COMMEMORAT Q VID CV M EPISCO- pis egisset de reformatione morum.

REuerendissimi & Illustrissimi Domini. Cū heri Reuerendissimae & Illustrissime Dominationes uestræ frequentes ad nos uenissent, ac nos quædam illis exposuissimus, quæ nobis ad reformationem Christianam facere in primis uidebantur; petierunt illæ, ut ea, quæ à nobis dicta fuerunt, scriptis mandare, eorūq; exemplar Reuerendis. & Illustriss. Dominationibus suis tradere uellemus, ut ea commodius uidere & perpendere possent, quare nos, ut eis satisfaceremus, quod heri dixisse nobis uisi sumus, hic quam potuimus breuiter scripsimus.

Illud primum, quod in Domino hortamur, & monemus Reuerendis. & Illustris. Dominationes uestras, pertinet ad uniuscuiusq; nostrum uitā, & uiuendi rationem, in qua danda est omnis opera, ut Deo optimo placeamus, & fideles dispensatores inueniamur, ac legitimi Dominici gregis pastores. Vitabimus ergo primum scandulum omne, ne scilicet populus possit, uel leuiter suspicari, nos esse ullis uoluptatibus addictos, aut auaritiæ, aut ambitioni. Vitandus est etiam luxus omnis in epulis, in domus apparatu, uestibus, cæterisq; omnibus, quæ solent aicos & uniuersum populum multum scandalizare.

T

Vita Prela-
torum inclo-
pata.

Notas lxxii.

138 DE LIBER. IMPER. ET PRINCIP.

3 Secundum pertinet ad familiam, ex cuius moribus, si Christiani & boni fuerint, populus aedificatur, si uero malis fuerint, multum offenditur, & facile coniecturam facit morum episcopi ex moribus familiae. Idcirco, ut copiose admonet Bernhardus in Lib. de Consideratione ad Eugenium pontificem Max. maxima est adhibenda cura prælati cuiuscunqz, in comparanda sibi honesta familia, & in seruanda ab omni mala labe, & suspitione, imo instituenda, ut ex familiarium nostrorum conuersatione, populus instruatur & edificetur.

4 Tertium pertinet ad curam gregis nobis commissi, ad quam maxime putamus pertinere, ut Episcopi habitent in locis frequentissimis stirarum Dioecesum, ubi facile cauere poterunt, & præuidere, si quid labis huius quaæ grasperatur per Germaniam obrepserit, & confessim in tempore remedium adhibere.

5 Proderit etiæ habere fidos exploratores in locis alijs, ubi Episcopi non habitant, ut per eos certiores fieri possint, si qua fraude aduersarius noster eos tentauerit, ac confessim queant prouidere & mederi. Visitare etiam Dioeceses frequenter, multum proderit, quo more uti solent Imperatores in urbibus obsessis & oppugnatis ab hostiis. Curare etiam ut cultus diuinus uigeat in ecclesijs nostris, & beneficia a nobis cōferant, uiris probis et idoneis.

6 Quartum pertinet ad dispensationem facultatum, & reddituum episcopalium, ex qua magna comparatur iniuria apud populum, si uiderit Episcopum sumptus magnos facere in luxu & apparatu domus & familiae, pauperes uero negligi, ideo uitandi sunt omnes sumptus huius modi, & pauperes quaæ maxime fouendi sunt, in eorumqz necessitatibus maxima utendum est largitate. Hac enim ratione & Deum faciemus nobis propitium (Nam sc̄natur Dominu, qui miseretur pauperis, ut inquit Salomon)

Vt moris familiæ probi.

Vt Episcopi uigilient contra Lutheranos.

Vt beneficia idoneis conferantur.

Ne opes Episcoporum in luxum, sed etiam in pauperes.

mon) & populum nobis beneolum. Ad id enim maxima momenti est hæc facultatum nostrarum dispensatio.

Quintum pertinet ad disciplinam & institutionem populi. Comparandi sunt concionatores seu prædicatores uiri probi & docti, qui possint uerbo & exemplo docere bonos mores, & orthodoxam doctrinam, qui non sint contentiosi, neq; insectatores aduersariorum, ideo ne uideantur odisse, sed potius amare & optare eis bona, ac præser-tim eorū salutem. Nam acris insectatio eos irritat, & magis pertinaces facit, neq; ædificat populum.

Boni concionatores comparandi.

Sextum pertinet ad institutionē iuuentutis in literis & disciplinis, qua in re uidemus Protestantes nihil prætermittere, sed omnem lapidem mouere, ut in suis Gymnasijs habeant uiros doctos & illustres, quorum fama inuitatur iuventus Germanica, & præsertim nobiles, & eorū gymnasia, ubi imbuuntur simul cum literis etiam doctrina Protestantium, qua corrumpuntur ipsi, ac deinde per omnem Germaniam dispersi, alios quoq; inficiunt. Idcirco danda est omnis opera, ut apud catholicos instituant Scholæ & gymnasia, conducantur doctores catholici, ut docti in bonis literis & disciplinis, qui sint celebres, ut eorum fama alliciatur iuventus, et nobiles ad nostra gymnasia, ibi q; bonis literis & orthodoxa doctrina imbuantur. Ab Episcopis etiam admoneantur parentes, ne uelint liberos suos institui in gymnasijis, in quibus orthodoxya fides non uiget, præsertim cum habuerint scholas orthodoxas paratas.

In bona instruzione iuuentutis, nihil prætermittere Protestantes.

Scholæ instituenda.

Hæc uoluimus D. V. Reuerendiss. & Illustriss. proponere, ut capita quædam generalia, quibus multa particularia addi possunt, pro cuiusq; prudentia, ut pareamus summo Domino nostro Pontifici Max, qui nobis mandauit ut eas hortaremur ad Christianam reformationem, simulq; ut fungeremur officio personæ quam

T ij

gerimus, Legati inq̄ sedis apostolicæ, ad quam pertinet
cura omnium ecclesiæ, ac etiam ut satis faceremus cha-
ritati fraternæ, & illi necessitudini quam compluribus de
causis sentimus nobis esse cum hac nobilissima & inlyta
uestra natione.

IN hac Legati Rom. admonitione, Vides optime Le-
ctor, quām nihil insit de neglectu & uitij doctrinæ,
disciplinæ, atq̄ sacrarū ceremoniarum; nihil de mania
festis superstitionibus & impietatibus, quæ hærent & ad-
mittuntur in cultu & cauponatione Missarum, ac reliqua
rum ceremoniarum, diuorum, ossium, imaginum, ac sta-
tuarum, quæ sub diuorum nominibus ad cultum prosti-
tuuntur, & uendantur; nihil de tam impudenti & mani-
festa Simonia, impioc̄ ambitu, quo ferè omnes hodie
Episcopatus, & alia sacra munia inuaduntur, profligata
undic̄ electione & ordinazione, quam Canones præscri-
bunt, & tam seueriter requirunt. Inter argumenta quoq̄,
quibus persuadere sua monita conatus est, præcipua sunt,
quæ à iudicio uulgi, et emulatione nostri duxit. Memora-
uit enim populū, luxu, quē in Episcopis, eorumq̄ famu-
litij, tam profusum & turpem uideret, offendit grauiter,
& ad contemptum ipsorum plurimum commotuerit. Ita,
cum nos in hac parte studia diligenter coleremus, & eru-
ditos, eloquentesq̄ homines ad nos pelliceremus, fieri,
ut nobiles, & alij præstantiores homines, se in nostras
academias conferrent, ibiq̄ nostra doctrina infecti, alios
deinde corrumperent.

Ob quam nostri suggillationem & in priore scripto,
doctrinam nostram, ut quæ in nonnullis Articulis disce-
dat à communī consensu Ecclesiæ catholicae, inique ta-
xasset, Philippus Melanch. nomine suo, & nostro omo-
nium, qui Ratiōne Ecclesiæ ministri presentes era-
mus, scriptum Imperatori per Illustrissimum Principem
Frideric

Fridericum Palatinum obtulit, quo ea nota & falsa cri-
minatione doctrinam nostram purgauit. Quod scri-
ptum, mox subiçiam.

Nec enim, uel hic Legatus, uel quisquam alius unquam euincet, nostram doctrinam, à communī ac uere catho-
lico consensu Ecclesiæ variare. Non enim is catholicus
consensus est, quo h̄nunc inter se consentiunt, qui Ro-
mano Pont. parent: sed quo de Christi religione conser-
tiunt omnes omnium seculorum Sancti, ab initio usque ^{Quis consensus}
ad finem mundi, uniuersi Patriarchæ, Prophete, Apo-
stoli, cæterique ueri gregis dominici Pastores, Docto-
res, cum omnibus Christo uere creditibus. In quibus ^{fus catholicus.}
horum consensus summam salutem collocat, & nos col-
locamus: quæ pietatis officia agnoscit, & nos agnoscim-
us. Eadem de Deo ac Domino nostro Iesu Christo,
de eius Ecclesia, Evangelio, Sacramentis, & disciplina
sentimus, confitemur, docemus, obseruare studemus.
Quæ media hic consensus habet, in ihs scopum modera-
tionis, ædificationem fidei nobis proponimus. Quæ re-
iecimus, & correxiimus, eiusmodi sunt, ut sicut cum Scri-
pturis, ita & cum consensu illo Ecclesiæ Catholice aper-
te pugnent.

At quām multa in tota administratione Ecclesiarum
& sacrorum munerum, in ihs Ecclesijs, quas Papa suas
agnoscit, cum eo uere catholico sanctorum consensu, ex
diámetro pugnant: Vbi ea doctrinæ puritas: ea Sacra-
mentorum religio, & cæterarum ceremoniarum pietas:
ea instituendi & conseruandi idoneos sacrorum ministros
sedulitas, quām diuinę Scripturæ, et sacri Canones requi-
runt, sanctiq; Patres consentienter obseruarunt, & cū
doctrina, tum uitæ exemplis, commendarunt:

Hæc itaque religionis peccata & uitia apud illos cum
manifesta sint, omnemq; Christi religionem tantum non

T iij

Pontificij lo-
ge a cōfessio-
nate catholico re-
ceperunt.

prorsus extinguant. Legato et pontifici eius, corrigenda,
& nostra certius cognoscenda erant, nec ideo tota Eccle-
siarū instauratio ad conciliū quod tantopere fugit, re-
iscienda, etiā in paucis, & ijs non necessarijs dogmatis,
dissentire à Catholica Ecclesia ipsis videamur. Nam ni-
hil huius quod obijceret Legatus habuit, quam quod
non recipimus transsubstantiationem panis in corpus
Christi, & necessitatem enumerandi peccata in confessi-
one auriculari; quae ille, quod utraque res in Concilio ge-
nerali definita sit, ad consensum publicum pertinere con-
tendit. Sed inseruit, ut ante dixi, personę legationis Ro-
mani Pont. plus satis, magisq; hic quae Pontifex, quam
quæ Christus requirit, in tanta causa, tamq; optata bonis
omnibus instaurandi Ecclesiæ occasione, respondit. Id
enim Pontifici pridem in more est, nihil pensi habere,
quam unum esse omnes p̄ij norint, quicquid de resti-
tuendis rebus Ecclesiasticis pollicetur, modo restitutio-
nem harum differat, seſeçp contra reformationis consi-
lia, si non longum, tamen uel aliquo tempore commu-
niat.

Propter eam itaq; quam memorauī doctrinæ & refor-
matiōis nostræ suggestiōnē, quæ huic, & supra posito
Legati scripto inest. Dn. Philippus sequens scriptum
composuit, & exhibeti curauit.

RESPONSIO AD SCRIPTVM

publicatum à Cardinale Contareno.

CVm intellexissemus huic conuentui interfuturum esse Cardinalem Contarenum, bona in spe eramus, authoritatem eum suam, non solum ad concordiam constituendam, atq; illustrandam collaturum esse. Propria est enim uiri docti & sapientis, hæc animi magnitudo, & libertas, ut quod probat, præsertim in Ecclesia proferri sinat. Sed ipsius censura de libro, & nostris articulis, quam legimus his diëbus propositâ, non respondet expectationi nostræ.

Lædimur ab eo iniquo præiudicio, cum quidem uideat nos nihil absurde sentire, nihil profiteri, quod pugnet cum sanis iudicijs piorum & doctorum, in ecclesia Christi, Imo locos aliquos doctrinæ Christianæ in nostris ecclesijs pie & utiliter illustratos esse. Et tamen edidit censuram, in qua ait, nos à communii consensu catholice Ecclesiae dissentire. Iubet etiam in altera pagella Episcopos aduigilare, ut genus doctrinæ, quod profitemur, deleat. Hæc cum publice proposita sint, dissimulari à nobis non poterant, ne tacite probare eius iudicium uideremur. Ideo ueniam nobis dari petimus, quod hanc responsionem, uere & modeste scriptam, iniuste ipsius censuræ opponimus.

Fatemur enim à nostris quosdam errores reprehensiones esse, late uagatos ante hæc tempora in Ecclesia. Sed iniuriam facit Ecclesiae Christi, si quis eos errores, uocat consensum Catholicæ Ecclesiae. Persuasiones humanæ, sparsæ in Ecclesia contra Euangeliū, etiam si diuturnitas temporis, magnorum hominū & multitudinis exempla authoritatem eis addiderunt, tamen non sunt Ecclesiae catholicæ consensus, qui consistit in propheticis &

144 DELIBER. IMPERAT. ET PRINCIPVM.
& apostolicis scriptis, & sententia per apostolos probatis testimonij tradita.

Hunc consensum nos amplectimur & defendimus,
nec ab eo unquam discessuris sumus.

Scit Contarenus qui sint ecclesia morbi, quāta ecce
Domini in Missis prophanatio, quantum uitij in inuo-
catione diuorum. quanta labes in coelibatu Romano,
quanta inscitia in populo, qui non recte docetur de poe-
nitentia, de beneficijs Christi, de fide seu fiducia, accipi-
ente condonationem propter Christum, uidet nō solum
Monasteria, sed ipsos etiam Canonum recentium libros
plenos esse superstitionum. Vident Theologiam Mona-
chorum dilutam esse, & ueteri in multis locis dissimilem.
In his abusibus fatemur nos à multitudinibus iudicij dis-
sentire, quæ ne ipsum quidem probare arbitramur. Id
autem non est discedere à consensu catholicæ ecclesiæ.
Quare id crimen obijcere nobis desinat. Et quod addit
in ea pagella non desperari concordiam, sciat, nos non re-
cepturos errores quos taxamus, & quos ipsi non solum
decretis, sed noua asperitate, quæ non decent ecclesiam,
defendunt.

Constat enim multos honestos homines, & quidem
in his aliquot doctrina præstantes imperfectos esse, tanū
propter piæ doctrine confessionem.

Ac quid in altera pagella nunc quoq; agit Contare-
nus aliud, quām ut confirmet hanc sœ uitiam: cum iubet
Episcopos cauere, ne labes quæ grassatur per Germa-
niā, irrepat in Dioceses. Et præcipit ut medicinam ad-
hibeant. Quam? Visitatam uidelicet, sectiones, usturas,
neces. Hæc remedia noua sunt ecclesiæ, & præsertim
huic nationi parum apta. Deinde non ab eo uiro pro-
banda, qui pacis & concordiæ autor perhiberi uult.
Facile retinerent Episcopi authoritatem, si emendatis
caibusdā

la quibus
procelantes
a iudicij
multitudinis
recesserint.

Quomodo
episcopi au-
thoritatē reti-
nere queant.

quibusdam abusibus, consulerent piorum conscientijs. Id s̄æpe testati sumus, & hanc ad concordiam uiam esse iudicamus, præsertim in Ecclesia, in qua lucere debet, & eminere gubernatorum mansuetudo.

Hæc eō recensuimus, ne dissimulatione nostra Contateni scripta probare uideamur, & hortamur omnes, ne talibus præiudicij assentiantur, sed nostra dogmata conferant ad Euangelium traditum in scriptis Apostolicis & primæ Ecclesiæ exempla.

Concionatores Principum, &
Statuum coniunctorum Au-
gustanæ Confessioni.

IMPerator itaque, his quæ præmisimus cognitis & perpensis, ut qui se primum aduocatum esse Ecclesiæ Christi meminisset, rationem sibi habendam potius duxit extremæ necessitatís, in qua Ecclesiæ sunt, & mandati Christi, quam libidinis pontificia, & Responsi à Legato huius libidini accomodati, sententiam suam Statibus, de constituenda in præsens religione & pace Ecclesiarum, secundum ea, de quibus in Colloquio pie conuenerat, proposuit, hoc modo.

V

SENTENTIA IMPERATORIS

DE INEVNDA CONSENSSIONE REBLI.

gionis, & faciendo reformationis initio,
deliberationi Electorum, Princ
cipum, & omnium Statuum
proposita.



Nuictissimus Imperator, Dominus noster Clementissimus, iuxta sententiam & consilium Electorum, Principum, & Statuum Imperij, quæ inter Collocutores acta sunt, Legato pontificio comunicauit, deq; his Legati sententiam rogauit: hanc deniq; causam, similiter & reformationem, ut illa quamprimum (sicut ea summe necessaria est, & in prioribus Comitijs saepe postulata) institui possit, summa diligentia eidem Legato commendauit. Ad quæ ambo Legatus respondit binis scriptis, quid ipsi faciendū videatur: quæ scripta Imp. Mai. Statibus hic offert.

2 Postquam autem sua Maiestas in hac causa religionis, quantam omnino potuit diligentiam adhibuit, nec tamē existimare potest, ut hisce Comitijs quicq; amplius agi & effici queat, præsertim cum Legatus pontificius ea, quæ scriptis eius continentur, responderit: deinde quia in hac causa multum iam temporis insumptū est, quanq; nihil sit effectum, utcunque sua Maiestas plurimum & labo-
Hoc est. Omnia ad pontificem reicit.
ris & molestię insumpserit; visum est ei, Statibus senten-
tiam suam, & deliberationem, quæ ad recessum, & sum-
marium decretum horum Comitiorum conferre possit,
exponere. Ea uero sic habet,

3 Ne post tantos labores tantamq; diligentia, longo iam tempore multifariā adhibitis, ad causam religionis com-
ponen-

ponendam, ea denuo et grauiorem in controuersiam trahatur, & ulteriora incommoda, caueantur & auertantur, ac quam minimū dissidiū relinquatur: ut deniq; posthac auxilio Dei omnipotentis ad omnimodam concordiam Articulorum, qui adhuc in controuersia supersunt, eo facilius perueniri possit, uidetur Imp. Mai. deliberandum esse, an consultum sit, ut saluo quidem recessit Augustano, Articuli, de quibus inter Collocutores utriusq; partis in Colloquio conuenit, recipiantur tanquam Christiani, nec amplius in disceptationem reuocentur: idq; saltem usq; ad Concilium generale, penes quod sit ulterior examinatione illorum, & aliorum id genus articulorū: id quod etiam Legato pontificio uidetur, ut illius scripta satis testantur: dummodo, ut Legatus pollicetur, & certiores nos facit, primo quoque tempore habeatur Concilium, aut tantisper, dum per alias uias legitimas, cum consensu Statuum, rationes aliae suscipiantur, quibus expediri tandem hoc negotium possit.

*Conciliorū
tenui recipi-
cude.*

Preterea, an consultum uideatur, si uel Concilij celebrandi spes nulla sit (quod tamen ut habeatur, necessario religionis rationes efflagitant) uel id tardius quam conuenit, congregetur, ut tunc aliis conuentus Statuum Imperij indicatur in quo de religiōis causis agatur, quō tandem cōmode ad salutarem finem perducantur omnia.

*Nationalis
Synodus in
qua cōcordia
penitus perfici-
ciatur.*

Qua in re Imp. Mai. quantum ad se attinet, nihil interest, ut quis se pollicetur. Estq; in ea sententia, ut quam primum fieri potest, in Germaniam iterum, auxilio Dei omnipotentis, redire uelit, atq; ea præstare, quæ digna sunt Imperatore Christiano, quæq; huius officium requirit. Proposuit denique sua Maiestas, se daturum operam, ut in propria persona iam conueniat Pont. Rō, ut certo ab illo cognoscat, quidnam de Concilio sperandum sit.

*Imperator
pollicetur re-
ditum.*

Ex hac ergo pposita Principib; et ordinib; Imperij,

deliberandi materia, p̄spicuum sit, quām paterne, fideliter,
& constanter Imperator adflictis Ecclesijs, & pericitanti
patriæ consulere studuerit. Non potuerat pius Princeps
non prouidere, ut Romanam disciplinam & artes, haud
semel facto periculo, compertas habet, ex Legati consi-
lio, remoras tantum & impedimenta institute conciliatio-
ni religionis, & Ecclesiarum reformationi injectum iri:
tamen, qui semel instituisset agere paterne, & quoad lice-
ret, exsententia omnium procerum Imperij, rogare sen-
tentiam Legati de actis Colloquij, id quod Electores &
Principes alterius partis petierant, uoluit. Sed tamen, ne

Imp. Indictū
de Actis, &
initium
reformatio-
nis à Legato
firio petiit.

non, quantum & præsens tempus, & suscepta semel agen-
dīratio ferret, hæc ipsa, quæ boni à Legato impedimenta
speratae, & concordiae, & instauratiōni Ecclesiarum me-
tuebat, amoliretur, singulari diligentia, & grauissima au-
thoritate, utrumq; & iudicium de actis Colloquij, & ali-
quod ad reformationem Ecclesiarum initium, à Legato
requisiuit; admonito tamen, quām necessarium sit restau-
randis Ecclesiæ rebus, manum statim admouere, quām
etiam sæpe & instanter id in prioribus Comitijs flagita-
tum sit. Quo merito Legatus intelligere debuit, Impera-
torem & Ordines, summa urgeri salutis suę, & patriæ ne-
cessitate, ut de instauratiōne Ecclesiarum suarum, & paci-
ficatione tandem ipsi statuant; postquam à Roma ludifi-
cari se tantum, malacj sua magis atq; magis indies exacer-
bari uident. Quid enim aliud, quām ludibrium Christi,
Ecclesiæ & Imp. Mai. est illud, quo d Legatus Rom. cum
ab Imperatore, in tanta Ecclesiæ adflictione, tam grauiter
appellatus esset, nō de fundendis inaniter uerbis ad Epi-
scopos, sed de reformatione ordinis Ecclesiastici re ipsa
instituenda, ipse conuocatos ad se communī oratione cō-
monefecit tantum de luxu, & pompa, de studijs restituē-
dis, ita ut ferè in fictis illis Synodis fieri soleret; nec præterea
quicq; uel fecit, uel futurꝝ certo promisit.

Des-

Deinde obseruandum p̄hs et illud, quidnam maxime Imperatori in præsentia obſtiterit, ne aliquod hoc tēpore reformationis initium fecerit. Nam uere id de fe testatus est, plurimum ſe operæ, laboris, & moleſtiæ in hac cauſa inſumpliſſe & pertulifſe. Tametí enim & aliquot ex proceribus Imperij, dum ueras emergendi, aut cupita retinendi, aut ſe de ihs, à quibus ſe lęſos arbitrantur, ulciscendi rationes, ſiue non uident, ſiue ſequi nolunt, p̄ios Imperatoris conatus fruſtrari magna contentione operam dederunt: longe maximum tamen illud obſtaculum illi fuit, quod Legatus cauſam religionis omnem ad Pontificem reiſciendam eſſe respondit: quare hec cauſa, cur in iſtituto conciliationis & iſtauratiōnis Ecclesiārum negotio nunc nihil effici potuerit, in Imperatoris responſo neceſſario expreſſa eſt. Eo enim, pontificalis ſclicet authoritat̄ prejūdicio freti, iij proceres Imperij, qui hoc ipsum, unicelatutare & neceſſariorum conciliationis negotium, reiecltum uolebant, refectionem eius uiferunt, & confidentius, & præfractius. Instanter ergo orandus Dñs eſt, ut Imperatori, et religiosis Principib⁹ omnibus, largiatur, ut tandem cognoscant, quo loco habere debeat eos, qui quā pro ueritate tantum, & ad ædificationem Ecclesiæ habere iure poſſunt, contra ueritatem, & ad deſtructiōnem Ecclesiæ potestatem conuertunt: tum ut quod secundum legem Dei & sanctos Canones statuere de eiusmodi debent, commode etiam perficere poſſint. Vident. n. iampridem, quid à Romanis expectari poſſit, & ſunt ipli ſummi populi Dei pastores, qui cunctis male facientibus terrori eſſe debent, ſicut ipli Deus omnem animam ſubiectam eſſe uoluit: à quibus etiam rationem pereuntium animarum, ſi quid ſui officij hac in re negligent, reposcet.

Tertio perpendendum p̄hs quam prudens et ſalutare

V iij

toti Germaniæ, ino uniuersæ Ecclesiæ Christi, consiliū
 Imperator ordinibus Imperij, in eo scripto obtulerit,
 quod proposuit, de cōciliatis in colloquio articulis cōpro
 bandis, & recipiendis, atq; secundum hos re ecclesiastica
 instauranda, uel usq; ad generalem Synodus, uel donec
 aliqua alia legitima via & ratione, & assentientibus ordi-
 nibus Imperij, melius aliquid statueretur. Hi enim arti-
 culi in Colloquio conciliati sunt, Quid sentiendū & do-
 cendum sit, De uirib; humanis, ante & post regenerationem,
 De peccato originali, eiusq; uitā in renatis, quam
 non renatis. De iustificatione, hoc est summa doctrinæ
 Christianæ, De regeneratione hominis, De ui Sp̄ritus
 sancti regenerantis, De fide, De gratia Dei, & merito
 Christi, De bonis operibus, dec̄p; horum & prelio & mer-
 cede, De Ecclesia & notis eius, De uanis & falsis Eccles-
 sia membris, De canonicis Scripturis, & earum authori-
 tate, De iudicio Ecclesiæ & Conciliorum, quod id scilicet
 cum scripturis semper consentire debeat, De uirtute,
 ueroq; usu Sacramentorum, De pœnitentia, De minis-
 terijs Ecclesiæ, ministrorumq; in Ecclesia autoritate,
 De traditionibus Ecclesiasticis, quod nimis pietati
 seruire, & libertati Christianæ non officere debeat, De
 sanctorum memorij & reliquijs, ne quis ullam in san-
 ctis, sed omnem in solo Christo fiduciam cuncti ponant,
 De imaginibus, De Missa, quod in ea nemo externo
 opere, sed Christo tantum fidere, & quisq; propria fide
 amplecti sacrificiū Christi debeat; quod deniq; Missam
 celebrari non deceat, nisi sint qui spiritualiter cum sacer-
 dote communicent quibus & mysterium Christi, ut sur-
 um Amen respondeant, digne explicandum sit. De in-
 tegro Sacramēto populo impertiendo. De Ecclesiæ dis-
 ciplina, quod & ad clerum, & ad populum attinet, De ca-
 nonica electione, ordinatione, ministerio, uita, correcti-
 one

Qui articuli
 in Colloquio
 conciliari.

one ministrorum omnium graduum, De uisitatione, De Synodis, De his omnibus tā multis, tamq; late patētibus dogmatis, & ritibus in Colloquio consensum est.

Ex quo intelligitur, quām uere Imperator, cum acta Colloquij primum ordinibus ad deliberandum proponeret, iestatus sit, in habitu Colloquio, multos & præcipuos religionis nostrę Articulos conciliatos esse, & quā uane, quamq; in Spiritum sanctum impie, contrāq; Imp. Mai. contumeliose, alijs quidam suis Principib; suggesferint, de paucis modo articulis inter Collocutores conuenisse, & ihs, de quibus conuenisse, Ecclesiæ haud multum intersit: eosq; qui maioris momenti sint, in controuersia mansisse.

Nec enim aliud reipsa in dissensione hæsit, quām De transsubstantiatione, De enumeratione peccatorū in priuata cōfessione, De Missa sine cōmunicantibus sacramētaliter. De cōmemorādis in preciis meritis sanctorū & appellādis sanctis. De utilitate preciis pro defunctis. De ceteris, n. rebus, de qbus non in totum cōsensum est, nec oīno ijdē articuli constituti sunt, magis id uariat, qmodo ea res cōmodius explicandæ, & Ecclesijs tradendæ sint, quā ut de rebus ipsis diuersa sentētia existat. Id q; postea manifestum faciā, in Libro huic rei nominatim instituto.

Articuli non
conciliari.

Vides autem ex his pielector, si Imperatoris consiliū ualeat, & admittatur, quanta sint ad Ecclesiā Dei bona peruentura. Tot enim, & eiusmodi articuli cōciliati sunt, ut omnino, si recipiantur breui uisuri simus Ecclesijs restitutam ueram, consentientemq; doctrinam, de tota nostri restitutione, uitaq; Christiana, uerum Sacramentorum usum, & idonea ministeria. Quibus certe restitutis, restitutum nobis erit regnum Christi, & cum hoc optanda omnia: nam & de ihs, quæ supersunt, uel corrigenda uel concilianda, consensio breui inuenietur.

Nec

Nec id offendere debet, quod hoc loco, ubi de Articulis conciliatis approbandis proponitur, additum est, salvo Augustano recessu: nam id de ijs modo capitibus dictum intelligi potest, de quibus nulla facta fuisset, hoc recessu, uel explicatio, uel noua constitutio.

Denique & illud necessario propositum est, si Concilium cogi non queat, aut longius aequo differatur, aut ut conuentus Ordinum Imperij causa religionis habeatur, & in eo de conciliatione, & reformatione Ecclesiæ tandem concludatur, nam Pontificē Rom. quicquid de uero & Christiano Concilio pollicetur, uerba dare, pridē nusquam ignoratur. Et repetendum est semel Ecclesijs Germaniæ ius suum, ut suis ipsæ Synodis, de instauranda apud serligione, statuant.

Ex his igitur manifestum est, Imperatorem, quod sui officij erat, in hac causa haudquaquam, uel indiligerent, uel inconstanter præstitisse. Quod Imperatoris studium utinam & alij Electores, Principes, atque Ordines pari cura & perseverantia exceperint, & prosecuti fuissent,

uel adhuc exciperent, & prosequerentur: quamquam
maior pars eorum, & uiderit quid hac in re
facto sit opus, & ad id animum suum
inclinarit: ut ex responsis eorum,
quæ mox subiectur, satis
intelligitur.

RESPONSVM PRINCIPVM ELECTORVM, DATVM IMPERATORIAE

Maiest. ad propositam ab eo delibera-
tionem, de conclusione & decreto
in causa religionis faciendo.

VT inuictissimus Imperator, Clementissimus dominus noster, Acta uniuersa eorum, qui ad Colloquium deputati fuerant, Legato Pō tificio communicarit, ad cognoscendam eius de Actis illis sententiam, unā cum responso, quod idem Legatus dedit, & alijs, quæ ad faciendam comitiorum conclusionem & decretum pertinent. Principes Electores, & absentium Legati, qua decet, submissione, ex facto iussu Maiestatis eius horum narratione, cognoverunt.

Principio bene memores sunt Electores, fidelis ac indefessè diligentiae, quam aliquot iam annis Imp. Mai, ex paterna & clementissima benevolentia erga Germanicā nationem, adhibuit, ut dissensio in religione ad Christianam concordiam, & cōciliationem redigeretur, ac in Imperio pax, & tranquillitas constitueret, & conseruaretur: pro quo fidelī studio, & opera, Electores præsentes, absentiūq; Legati Imp. Mai. humillime gratias habent, patrī semper, re etiā ipsa, gratos se declarare. Legerunt autem & expenderunt diligenter Electores, scriptū Imp. Mai. & quantum ad controvērsias in religione tractatas à Collocutoribus attinet, utile ac bonum iudicant, sibi ēp; ita placet, ut Articuli, qui à Collocutoribus cōciliati sunt, ut boni probi ēp; recipiantur, & rati habeantur usq; ad libe-
rum & Christianum Concilium, uel ad nationalem Sy-
nodum legitime congregatam: aut si neutrum horum ob-
tineri queat, ad uenturū conuentū Imperij. Hoc ipsum

Electores &
ciliatos Arti-
culos censem
recipiendo
esse.

sperant plurimum conducturū, ut alia incōmoda ac dif-
fidia ampliora caueantur, & ad conciliationem reliquo-
rum articulorum, qui adhuc in controuersia sunt, facilius
perueniatur.

Electores pe-
tunt ut et nō
dum concilia-
torum articu-
lorum conci-
liatio quara-
tus.

Adhęc si spes sit plures ex ijs articulis, qui in cōtrouer-
sia fuerunt, conciliandi, rogan humillime Electores, ho-
rumq; absentium Legati, Imp. Mai. ut despicer ipsa uelit,
quibus & illi medijs et iis cōciliari queant. At si id nunc
effici non possit, rogan Electores, horumq; absentium
Legati, cū omni subiectione, Imp. Mai. ut iuxta promissi-
onem ab ipsa factam, pro qua humillime gratias agunt,
uelit apud summū Pontificē instare diligentissime, ut ad
examinandū, & conciliandum, tum commemoratos,
tum ceteros etiam articulos, liberum & Christianum Cō-
cilium quām celerrime indicat, in loco aliquo commodo
Germanicæ nationis, idq; sine omni dilatione habendū
curet.

HAEC itaq; responderunt ad propositam ab Imperatore deliberationem, Principes Electores, pie sa-
nè & salutariter, ita ut decebat eos, qui Imperij Ger-
manici columnę, & primi post Imp. Mai. Patres patriæ
sunt. Viderunt enim, primum, nec pacem politicam reti-
neri in Imperio posse, nisi de religione consensus consti-
tuatur: deinde haud statim posse omnibus de uniuersis
religionis nostrę dogmatis & ritibus, quae in controuer-
siam pertractae sunt, conuenire, maxime uero de externis
obseruationibus, quae uulgaris pluris s̄aepē facit, quam ea
ipsa, in quibus tota religio consistit, post tam diutinam,
multiplicem, atq; acrem contentionem: postremo, concie-
liatos articulos eiusmodi esse, et ut facilius recipi ab omni-
bus, qui non planè abhorreant à Christo Domino, que-
ant: & uiam, ad conciliationem reliquorum commodis-

us mū

dius muniant. Nam his nemo, qui sensum ullum Christi habeat, contradicere poterit, ut qui cōtineant in se omnia, quę ad salutē necessaria sunt, & confessionē uerā in Christo constituunt. Totam enim doctrinam Christi in necessariis, Sacmentorum, omniumq; ceremoniarum uerū piumq; usum, deniq; cleri & plebis ueram disciplinam hī Articuli complectuntur. Quid : si Ecclesiæ rursus habent idoneos & canonice institutos, & probatos ministros, hīq; puram doctrinam, rectum usum Sacmentorum, & ceremoniarum, piamq; Ecclesiæ disciplinam rite administrarent, nonne Christus iam apud nos regnaret, & in hoc rursus unū, remoto schismate, corpus essemus? Ceteraque illa Dominus suo spiritu breui quoq; corrigere & perficeret.

Sapienter ergo & necessario pīj Príncipes censuerunt & Imp. Mai. responderunt, Artículos per Collocutores conciliatos, approbandoꝝ & recipiendoꝝ esse: & si quid foret, quod uiteriore explicatione uel conciliatiōne opus haberet, id statim in manus sumeretur, & tentaretur, si & in eo cōmoda explicatio & conciliatio inueniri posset. In hac enim causa, ut in qua æterna omnium salus contineatur, mora omnis rescindenda est, cunctaꝝ huic negotiā posthabenda sunt.

Ita & illud pie, atq; ex summa Ecclesię necessitate consenserunt et responderunt, ut, si quę tum cōponi omnino non potuissent, ea quidem ad Conciliū, uel generale, uel nationale, reiacerentur: sed illud liberū, & Christianum, & in commodo Germanię loco, atq; quām primum celebrando. Quis. n. ignorat, Pontificē nō nisi suis cupiditatibus & tyrannidi obnoxia Concilia ferre, atq; ideo iniquis tantū illa locis, temporibus, & conditionibꝝ, indicere, nec tamen, quę licet inīq; s, ac per oīa suę libidini accommodatis rationibꝝ indixerit, celebrare; sed tempus perpetuo, siue

colore aliquo, siue nullo, extrahere, tandemq; etiā nullo omnino praetextu obiecto reuocare solere'. Ita ut nuper Concilium tum indictum, cum Imperator, & Rex Gallo rum, duo summi Monarchæ, quos Dominus sub confes sione nominis sui reliquos in Europa seruauit, grauissimo bello inter se implicati essent: mox atq; inter hos decennales inducię, etiam per ipsum Pontificem, constitutę essent, ut iam per eos Conciliū celebrari posset, reuocauit.

Verum id quidem est, postquam Deus iratus peccatis nostris, ut qui Christū filium eius, quem Regem salutis æternæ conciliatorem dedit, non, ut decet, excipimus & exoscularimur, eas poenas de nobis iure sumit, ut sit in Ecclesiis Europæ tanta Rom. Pontifici potestas, & erupta sit Ecclesijs ratio, eum, iuxta Canones, uel reiiciendi, uel corrigendi, optandum erat, ut uel hoc ab eo impetraripof se, quo Christiana uereq; libera Synodus cogeretur, & in ea, de omni religione, quæ grata Christo, & Ecclesiæ eius salutaria sunt, statueretur. Sed cum Pontifices singuli, ut sibi tempore succedunt, ita & peruersione muneri sui, & omnibus ijs studijs, quæ huic muneri suo contrariae sunt, posteriores priores semper uincunt (dicendū enim est in Ecclesia Dei, quod res est) omnino tempus pridem poscebat, ut Germani, qui Christum querunt, ualedicto Romanis, dum & ij Christi regnum admittant, ipsi sibi consulerent, imò consulentem Christum Dominum auidirent & sequerentur.

Sed nunc uidendum, quid reliqui huius partis Principes ad Imperatoris, piam, & unice salutiferam delibera tionem responderint. Nam cum diu frustra actum esset, ut hi de responsione Imperatori danda cum Electoribus consentirent, quod ex more fieri solitum est, hoc quod se quitur responsum, suum proprium dederunt.

Respon-

Oportet
ut Pont.Ro.
officium faciat,
sed dum id
nō facit. Prin
cipes consu
tere patria
debent.

RESPONSVM PRINCIPVM

QVI ROMA. PONTIFICVM AGNOSCUNT,

Datum Imp. Maie. ad propositam de religio-
nis negotio deliberationem.

CAHOLICI PRINCIPES AC STATUS, quantum per
temporis breuitatem licuit, expenderunt scri-
ptum, ipsis ab Imp. Maie, nuper oblatum,
una cum sententia Pontificij Legati. Probe
uero memoria repetunt, Imp. Mai. & in alijs
Comitijs, & in præsentibus, mirificum laborem ac stu-
dium semper adhibuisse, ut religionis controversiae com-
ponerentur, ac de reformatione Christiana consilium
iniretur, de qua uoluntate catholici Principes, & Status,
suæ Maiestati humillime, & cum omni subiectione, gra-
tias agunt.

Quia uero Imp. Mai. significauit, se intra paucos dies **2**
hinc discessuram, non uidetur esse necessarium, ut Status
superuacaneis ac prolixioribus scriptis aut disputationi-
bus suæ Maiestati sint molesti; tum uel eam, uel seipso
diutius remorentur, sed in hoc potius incumbendum, ut
Christianæ tandem finis huic negotio imponatur, ita
tamen, ut tantisper, dum id fit, Imp. Mai. adsit. Quod ut
faciat, humillime roganda est.

Ut autem ad Imp. Mai. scriptum respondeatur. Initio **3**
compertum habent, quod in Germania, & alijs nationi-
bus, imo in toto prope orbe Christiano, non pauci abusus,
sectæ, hereses, & schismata passim obtinuerunt, que om-
nia sine generali Concilio extirpari, aut emendari nequa-
quam poterunt.

Non pauci
abusus agnos-
cuntur, sed
nulli corrigū-
tur, sectæ cau-
fantur, & esse
non ostendun-
tur.

Denique & illud pro certo habent Status catholici, **4**
non decere se ut aliquam religionis, ceremoniarum, aut

*Sufficer (uel
permittant)
Tamen regna
bis o Christe.*

rituum (que per aliquot centenos annos durarūt, partim etiam Concilijs sunt instituta) mutationem fieri, uel consentiant, uel permittant: quandoquidem summus Pontifex per suum Legatum sese offert ad celebrandum Concilium intra breve tempus, & uult hac de re Imp. Mai. in propria persona colloqui cum summo Pōtifice. Pro qua paterna & benigna uoluntate atq; pollicitatione & Sanctitati Pontificiae & Imp. Mai. Status catholici gratias quām maximas agunt; et sumū opere rogāt Pont. Sanctitatem, ut sicut pollicetur & sese offert, Christianū & generale Concilium, quām primū omnino fieri possit, & in uiribus humanis fuerit, indicat, indictumq; omni mora remota haberi curet, in loco aliq; commodo Germanicę nationis, quo multarum adeo animarum periculo & perditiōni occurratur.

5 Etsi cæteri primarij potentatus reipub. Christianæ, per secularia negotia atq; obstacula impediantur, quo minus ipsi p se ad Conciliū uenire queāt, rōgānt suūmum Pontificē, h̄dē Status catholici, ut Conciliū nihilominus habeat, utq; eadē pontificia sanctitas Christianos illos poterūt, q per se ipsi adesse in Cōcilio nollent, aut nō poterūt, summa diligentia & instantia adhortari & inuistare uelit, quō pro se ex suis aliquot cruditos, probos & idoneos Legatos & commissarios, qui uices ipsorum gerāt, plena cum potestate deputent & mittant, quo tandem in Christiana repub. ecclesiasticarum rerum administratio, & uiuendi ratio Christo digna restituatur, errores extirpentur & aboleantur, ac per id ira & ultio Dei à nobis auertatur.

6 Quod si huiusmodi generale Concilium impetratum non fuerit (quod tamen Status catholici, consisi promissis summi Pontificis & Imp. Mai. animo tam p̄so, atque diligentia tam indefessa, minime fore putant) etiam atq; etiam orant h̄dem Status, ut Imp. Mai. apud Pontificem

id tamen impetrat, ut in Germania nationale Concilii conuocetur & habeatur. Et si nec hec uia & ratio summo Pontifici & Cæsareq; Maiestati probetur, rogant Statutus, ut iuxta id quod sua Maiestas facturam se & curataram recepit, sine omni dilatione, in Imperium Germanicæ nationis redire uelit, atq; conuocatis Statibus, denuo tentare, si quo pacto dissensiones & controversias de religione corrigi & Christiane discuti queant. Nam nisi aliqua istarum rationum ineatur, magis atq; magis in se Germanica natio distrahetur, honorque, existimatio, & opes eius interibunt, ac similia plurima incommoda ad uicinas etiam nationes peruenient.

Secundo, catholici Status decreuerunt, se gratia & auxilio Dei, constanter adhæsuros nostræ ueteri religio-
ni & ueræ fidei, quæadmodum hæc in sacris Euangelijs,
Concilij, statutis, & ordinationibus Christianæ & catho-
licæ Ecclesiæ, atq; doctrina sanctorū Patrum, & Aposto-
lorum tempore, usq; ad hunc diem, māsit, et obseruata est.

Præterea recessus, ordinationes, & mandata per Imp. 8
Mai. & Status catholicos, præcipue uero decreta Au-
gustani conuentus, in qua communiter à Statibus con-
fensem est, sequi, ethis parere firmiter in animum indu-
xerunt, indubitate sperantes, idem facturos & reliquos
Status omnes, qui in Augustanum recessum consense-
runt, eidemq; sigillis etiam suis appensis, subscripsérunt,
promissis insuper auxilijs Imp. M. atq; paulò post Ratis-
bonę iterū ratā habuerunt subscriptionē Augustē factam;
præsertim cū Hagano & tertio Electores & Principes qui
istic in ppria persona fuerunt, eundē Augustanum reces-
sum denuo approbarunt, seruādumq; receperunt: adeo
ut se obtulerint, collocuturos de defensione, si quid tēta
re aduersus recessum Augustanū, quæadmodū in decre-
tis eorū Comitiorum, & scriptis in illis exhibitis cōtineat.

Hoc decretū
urinā intelli-
gatur & rati-
fīca.

Vrgentis
celius Aug-
stanus.

Maxime

Maxime uero censem inhaerendum Augustano recessu Principes, & adeo nullo modo recedendum: cum Imp. Mai. & in eisdem Comitijs, & hic, cum in prima sua propositione, tum formula deliberationis, de recessu hic constituendo, eundem recessum Augustanum, ipsa quoque saluum manere se uelle declarauerit.

Tertio, cum Imp. Mai. ex singulari proculdubio clementia, proponit, sue Majestati uideri, Articulos in quibus inter Collocutores conuenit, & qui conciliati sunt, sine ulteriori discussione, usque ad Concilium, recipiendos esse & approbandos. &c. respondent Status, se arbitrari in hoc nullo pacto consentendum esse, nec etiam id consultum esse, ob sequentes causas. Primum, namque a Collocutoribus propositi sunt articuli aliquot, minime necessarij, superuacanei, & de quibus nulla fuit antehac controversia, nec hodie est, ut sunt primus, secundus, tertius, & quartus: absurdum igitur uideri, ut Articuli nunquam controversi concilientur. Præterea, quartus

*Car articuli
conciliati nō
admittendi.*

Articulus, de peccato originali, non hic est conciliatus, sed Vuormatiæ, alia tamen forma, quam nunc est in scripto oblato, propositus. Secundo, maximopere necessarium erit, ut ab utraque parte denuo elegantur, qui nouo Colloquio & disputatione excutiant omnia: extant enim uerba in scripto commemorato, quæ non sunt consuetanea consuetudini Ecclesiæ, & formis loquendi à Partibus usitatis. Adhæc insunt scripto dogmata quedam minime admittenda, quæ partim obliteranda sunt, partim mitiganda, & in aliam formam redigenda: præstititerit itaque negotium istud menses adhuc aliquot differri. Tertio, hi Articuli solum conciliati sunt, qui & minoris momenti sunt, & de quibus inter doctos nō magna ante hac fuit cōtrouersia, nec periculosam offensionem apud plebem excitarunt. Et quia præcipui Articuli, atque adeo

adeo ī, quib⁹ Christiana fides nítif, ut est articulus, De uenerando sacramento ueri corporis & sanguinis Christi, De adoratione & reseruatione ejusdem, Cōmunione sacramenti sub utracq⁹ specie, confessione, poenitentia & satisfactione, &c. hi nimirum non solum non conciliati sunt, sed à Protestantibus uehementissime impugnati, adeo ut de his nulla conciliatio speranda sit. Quin imo Collocutores catholicæ partis plusculū quād decebat, in his con cesserunt Protestantibus, ita ut quæ admissa sunt ab illis, emendatione & declaratiōe habeant opus. Quar to, quoniam si reciperentur articuli conciliati, multis modis posset imminui existimatio summi Pontificis, Imp. Mai. & Statuum catholicorum: hiq⁹ omnes, ne se hoc nomine uarijs obtrectationibus exponant, periculum erit. Videit itaq⁹ Catholicis Statibus cōsultius, & melius esse, ut suo loco scriptum Collocutorū relinquatur, & omnia negotia ad religionem pertinentia, differantur ad Concilium, uel generale, uel nationale, uel saltem ad conuentū omnium Statuum Imperij, quemadmodum etiam pontificij Legati responsio consulit: nimirum ut ista omnia ad Concilium summi Pontificis reūciantur.

Q V AE in hoc Principiū responsum annotabo, pro-
testor ea me annotaturum, haudquaquam animo
oblēdendi horum Principum celsitudinem, aut ul-
lius mortalium famam obtrectandi, sed tantum causa sa-
tisfaciendi Christiano studio erga Ecclesiam Christi, &
muneri meo, quod requirit, testari omnibus de optima
& saluifica uoluntate Domini nostri Iesu Christi. Neq⁹
debet ulli humano fastigio graue esse, si de placitis admo-
neatur eius, à quo est, & cōseruatur omnis inter homines
potestas & eminentia. Quanquā quæ in hoc Principiū
responso probare non possumus, quia non probari ea

Protestatio,
nihil hic dicit
in cuiusquam
injuriam.

Christo Dominon nihil dubitamus, non tam ipsis Principib⁹, quām paucis quibusdam imputamus suggestori⁹, qui si tanta eorū, quæ Christus requirit, quanta quæ hēc caro expetere solet, cupiditate: & tanto uitorio, quāto nostro⁹ hoīm odio tenerent, indubie alia suggestissent.

*Qui Catho-
lici.*

Primum itaq; quod se hi, Principes Catholicos faciūt, nemini Christiano iniquum uideri debet, si non ei appellatio adiuncta sit significatio: nostros, tot preclaros Principes, horum ipsorum Principum quorū nomine responsum istuc datum est, consanguineos, affines, & multis modis necessarios, esse cum suis populis hæreticos atq; schismaticos: tum etiamsi ea, quæ uere catholicae religionis sunt, hoc est, eius, quam universi Sancti, ab initio ad finem usq; mundi, sequuntur, & satis cognoscant, & toto pectore colāt. Quæ enim illi suggestores his Principib⁹ confirmant esse catholica, hoc est credita & obseruata ab omnibus, qui ab initio Ecclesiæ extiterunt, sanctis, ea praeracq; non solum uetus illa probatior Ecclesia penitus ignorauit, uerum etiam, si tum extitissent, totis uiribus oppugnasset, & profligasset. Sed liceat per nos, cuiq; se, quo uelit nomine insignire: tamen qui nostram doctrinam, & cæptam Ecclesiarum reformationem suggillare uelit, nosq; tanquam non catholicos, eoq; uel hæreticos, uel saltem schismaticos notare, hunc affirmamus facere iniuriā Christo & Ecclesiæ eius.

*Gratias agit
de studio
quod non se-
quuntur.*

Ita quod hi Principes Imperatori tantopere gratias agunt, pro eo studio, quod controversijs religionis comprehendis, & Christianę reformationi instituendę impedit, dignum pijs Principib⁹ est. Sed quām optandum ut hoc studiū sic gratū haberent, ut libēret id ueris animis & rationib⁹ adiuuare. Nam ut concordia religionis, & ea forma Ecclesijs Christi restituatur, quam ipse sponsus eius requirit, nūlla alia uia esse potest, nisi ea ipsa, quam

Quam Imperator hisce Comitijs inire uoluit, ac etiam tentauit, quod nemo dubitauerit bene cupiens Ecclesiæ, & prudens rerum Ecclesiasticarum, non ignarus scilicet ut eæ habuerūt olim, atq; habere debent, & ut habentnunc, cum apud nos, tum Romæ, & in alijs nationibus. Sed ne hæc uia iniaretur, post pontificios, ab ijs maxime, quorum sententia istud Imperatori datū res pōsum est, effectū est: & cū maior pars Episcoporum sit in hoc Principū concilio, reformationi certæ ipsos incumbere, & tam manifesta, cum in se ipsis, tum in alijs, & personis, & ministerijs ecclesiasticis, uitia corrigerem oportebat, si huīus rei in Imperatore studium, uere gratum haberent, quales enim esse, & quid prestare deceat Episcopos, aliosq; Ecclesiistarum pastores & ministros, cum ex D. Scripturis, tum S. Canonicis & S. Patrum scriptis atq; exemplis, omnibus iam notissimum est.

Iam quod fatentur, hi Principes se sentire, ut in alijs nationibus, atque adeo in toto orbe Christiano, ita et in Germania multos inuasisse abusus, sectas, hæreses, & factio[n]es, hoc magis, in officio ipsisorum præcipue erat, præfertim cū, ut dixi, maxima eorum pars Episcopi sint, his tantis malis remedia querere, uel potius, quæ certissima offerebantur, amplecti. Ut enim cuiusque priuati, ita etiam cuiusq; Episcopi, & cuiusq; Ecclesiæ & nationis est, prius sua uitia corrigerem, quam de alienis corrigidis, consiliū adferre. Et quanquam aliarum nationum errata, nisi ipsis consentientibus, emendari non queant, quis possit tamē obstat nobis Germanis, ut nostra emendemus priores, quos Dominus ad horum correctionē priores uocauit?

Illud de sectis et heresis forsan in nos tortum est. At si tales illis habemur, Episcoporum maxime erat, nos erroris, si quo teneri putent, conuincere: & dare operam, ut rite de religione institutos in uiam reducerent, non adeo

Quid Episco
porum sit, om-
nibus notissi-
mum.

Vitia agno-
scunt, & cor-
rectio impo-
ditur.

Quilibet na-
tio sua uita
prior corrigi
te debet.

omnem de religione, & uitis, quibus depravata est tanto pere & deiecta religio, actionem fugere, & impedire.

Sed suggesterunt hi, qui ut suorum uitiorum correctio-
nem effugiant, aliorum morbis blandiuntur, non licere catholicis Statibus, ullam admittere mutationem in religione, ceremonijs, & ritibus, qui aliquot centenis annis obtinuerunt, uel in Concilijs constituti sunt. At nec Imp. Mai. nec Principes Electores religionem, aut eas ceremonias, ritusue, quos sancta Concilia instituerunt, sed uitia, quae in hec inuaserunt, & corruptelas mutari uolebant, & restitui ea, quae in doctrina & disciplina Christi uitiose, & impie demutata, & mutilata sunt. Quibus quod diutius irritatus est Deus, hoc oportebat ea corrigi, & citius, & se uerius. Nec obijcienda diutina consuetudo est, quae si si-
ne ueritate sit nihil quam uetus erroris est, ut etiam di-
uturnitas temporis peccata auget, non dimouit.

*Manifesta
uitia ordinis
Ecclesiastici.*

Certe quod cōculatis legibus Dei, & Canonibus san-
ctissimorumq; Conciliorum decretis, per Simoniam &
manifestum ambitum, episcopatus, & sacerdotia inu-
duntur, quod episcopi, & alij prælati, relictis rebus eccle-
siasticis, secularia tantum negotia curant, & luxur pompa
que ethnicos satrapas potius, quam Episcopos represen-
tant: quod doctrinam & disciplinam Christi, cui maxime ua-
care oportebat, nec per alios quidem rite administrari cu-
rant: quod manifeste impia doceri, populumq; queſtus
gratia in mani estas superstitiones indui, quod Sacramē-
ta aliasq; ceremonias perperam administrari, quæ ſtuq;
haberit quod ministris, quos gregis exemplaria esse opor-
tebat, flagitiioſe uiuere: quod bona ecclesiastica, quæ ad
ſouenda, & conseruanda Ecclesiarum ministeria & alien-
dos pauperes, publicasq; necessitates subleuandas, im-
pendi tantum debebant, tam nequiter profundī, & dila-
pidari dissimulant: immo pleriq; etiam adiuuant, & qui hec
monent

monent corrigenda, tanquam hæreticos & factiosos homines saeuissime persequuntur; hæc profecto quo diutius Ecclesiam Christi destruxerunt, & religionem adfligerunt, pietatem profligarunt, hoc maturius, & uehementiore poenitentia, & corrigendi studio ardentiore, emendanda erant; & id cum primis per ipsos nostros Episcopos, non uero uel temporum diuturnitate excusanda, uel ad Concilij correctionem quod futurum pauci credunt, pauciores forsan optant, Christianum duntaxat & liberum, reijsienda.

Et ualde dolendum, tam infelices istis Principibus (nolo propter principalem reverentiam dicere aliquid grauius, & his hominibus dignius) consultores contigisse, qui ausint in tanta ueritatis luce, tam sanctis & necessarijs consilijs Imperatoris, & Principum Electorum, uotisq; patriæ & orbis totius Christiani, tale, tamq; indignū & Imperatoris pijs conatis atq; laboribus, & Electorum religioso consilio, obijere argumentum. Pontifex promittit Conciliū. Imperator recipit id se à Pontifice efflagitaturum, ergo nunc non debet iniiri ratio ab ipsis Imperij ordinibus, suas conciliandi & reformandi Ecclesiis. Nam, ut dixi, nihil minus Imperator & Principes Electores, quam mutari religionem, aut pias subimoueri ceremonias uoluerunt, dum recipi Articulos conciliatos, & institui Ecclesiarum sanctorumq; ceremoniarum reformationem consuluerunt. Sed id egerunt, ut tandem de corrigendis manifestis corruptelis, & revocanda sincera religionis doctrina & disciplina serio cogitaretur, & initium aliquod salutare fieret.

Nec felicius & illud, quod subiicitur, consultores isti Principibus suggererunt, Imperatorem rogandum esse, si nec generale, nec nationale Concilium celebrandum Pontifici & Imp. Maie, uideatur, ut Imperator rursus

quām primum in Germaniam redire, & ordines Imperij ad se uocare, atq; iterum tentare uelit, si quo pacto controuersias & dissidia componere, & Christiane decidere queat. Nam primum nec de sententia ac uoluntate Imperatoris uolentis, & maximopere flagitantis Christianum Concilium, ita nec de sententia & uoluntate Pontificis, Christianum liberumq; Concilium horrentis & fugientis, dubitare isti potuerunt. Si ergo ideo uoluntatē Pontificis & Imperatoris hic coniunxerunt, ut qui utramq; necessariam ad id, ut uel nationalis Synodus habeatur, iudicent, indignum Germanica simplicitate, & ueritate faciunt, qui aliquid boni, & recti, nedum tam necessariam Ecclesiarum reformationem, ad Cōcilium reūciunt. Nā satis compertum habent, Imperatorem pridem nihil ad summam diligentiam reliquum fecisse, contendendo à Pontifice, ut liberum & Christianum Concilium habetur, Pontificem autem, quoties Conciliū promisit, aperte orbi illusisse, ut qui uix illa ab re magis abhorreat.

Deinde, si censem isti suggestores, tum, quando iterum nos Pontifex de Concilio iudicatus fuerit, Imperatorem debere tentare, ut Comitijs Imperialibus controuersiae religionis decidantur, & dissidia componantur, quare suis Principib; non consuluerunt, ut Imperatorem id nunc tentantem adiuuissent, non tanta contentionē impediuisserint. Si enim tunc licebit, & nunc certe liciisset. Quām diū hoc nobis circulo recurrendum erit? Si non possit obtineri generale, habeatur nationale: si nec hoc, comitium Imperij. Nam anno xxiiij Nurbergae. xxvi Spirae, Ratisponae. xxxij idem omnino constitutum est, eademq; promissiones Ponti. & Imp. de cōcilio factæ, quæ ab Imp. Mai. optima fide praestitæ sunt, à Pontifice autē totos iam xx. annos hac in re, Christo domino, Ecclesiæ eius, & pio Imperatori, universæq; huic nationi

*Quoties a
Comitio ad
Generale, in
de ad natio-
nale, et rursus
ad Comitiū.*

nationi illuditur. Interim uero ut Imperator ipse, & Elec-
tores Principes probe consyderarunt, ac salutariter mo-
nuerunt, & hi ipsi Principes pariter agnoscunt, manente
hoc religionis dissidio, & Ecclesiarum, & Imperij res, in-
dies habent deterius & periculosius.

Aegy non consistit, & pugnat secum, quod præterea
isti cōsultores subiecerūt, Principes definiuisse, et cōstitu-
isse, se cōstanter adhærere, & insistere uelle ueteri religio-
ni, & uerae fidei, sicut ea in sacris Euangelijs, Cōcilij, Ca-
nonibus, & cōstitutionibus Ecclesiæ catholicæ scriptisq;
S. Patrum tradita est, & inde ab Apostolorum tempore,
ad hæc usque tempora peruenit: similiter etiam decretis,
mandatis, & ordinatiōnibus per Imp. Mai. & commu-
nes ordines Imperij constitutis, ac nominatim decreto
Augustano. Nam, ut cætera nunc dissimulem, si inhæ-
rere uelint religioni ueteri, ueraeque fidei, ut ea tradita
est in Euangelijs, prædicata & plantata ab Apostolis,
custodita à S. Patribus, si decretis Conciliorum, & do-
ctrinæ S. Patrum, quare non restituunt Ecclesijs cano-
nicam Episcoporum, & aliorum ministrorum electio-
nem, ut haberent, qui pastoralem curā secundum Euan-
gelia, & Canones, recte administrarent? Quare non reñ-
ciunt indignos & impuros à sacrīs ministerijs, & sumūt
de simoniacis poenas, quas Canones sumere præcipiunt?
Cur sic negligi & corrumpi sinunt, & doctrinam, & disci-
plinam in Ecclesijs, contra tam seuera præcepta Euan-
gelii & Canonum? Quare sinunt sacra administrari ea
língua, quam populus non intelligit, quod, ut Paulo est
insanire, ita est inauditum ueteribus? Cur ad sacras Mis-
sas & celebrandas, & audiendas, admittunt palam flagi-
tiosos & sceleratos, quod S. Patribus morte ipsa magis fu-
giendum & horrendum iudicatum est? Cur patiuntur, ut
in Missis Sacmenta Christi plebi non administrentur?

Cur

Instituta ne-
teris ecclesiæ.

Cur non utrumq; Sacramentum præberi dant operam
ita ut Dominus instituit, Apostoli tradiderunt, obser-
vavit iamdiu per uniuersum orbem uetus Ecclesia:
Cur non potius permittunt matrimonium, ut fecerunt
olim Apostoli, & uiiri Apostolici, ueri castitatis cultores
& adsertores, quām ut deturpari tam misere, & perire si-
nāt scortationibus, & deterioribus flagitijs, totum propè
ordinem Ecclesiasticum. O quām intolerabile erit iu-
dīcūm his consultoribus, qui Principibus & Pastoris-
bus populi Dei, quorum plerique, suo ingenio, à iugo
Christi tantopere non abhorrent, tam perniciosa & impu-
dentia mendacia obtrudunt. Quasi uero illæ, quæ Eccle-
sias occupantibus ijs, qui non per ostium, sed aliunde in
ouile inuaserunt, superstitiones, & S. ceremoniarum
manifestæ corruptelæ, irrepserunt, & gratia impij qua-
stus ac dominationis, crescente indies horum licentia &
audacia auctæ sunt traditiones, sint instituta S. Concilio-
rum & Patrum: & quæ nos reuocare annitimus, sint no-
ua & ueteri Ecclesiæ institutioni aduersa.

Quam uero felices Ecclesias Germaniæ, si illis conce-
datur, & restituatur uetus religio, ueteres ceremoniæ, ue-
tus disciplina. Nos certe nihil aliud querimus, nihil mo-
limur: at istuc si fiat, his cōsultoribus, ut opibus Ecclesiæ
sic in Ecclesiæ ruinam incumbant, & exitium accelerent,
nihil loci relinquetur.

Sed uidendum, quām sibi constent, etiam de decretis
Comitiorum. Et ut alia præteream, de Augustano, & Ra-
tisponensi, quæ maxime urgent, tantum admonebo. In
Augustanum
decretū, qua
parte cuī lege
dei consentit
neglectum.
Augustano constitutum est, ut in nullius ditione toleren-
tur sacerdotes, qui palam inhoneste et irreligiose uitant:
singulariter uero, ut prohibeantur, habere consuetudi-
nem cum dishonestis & impudicis mulieribus, aut tales
domi

domi sive fouere: uestibus uti sacerdotali ordine indig-
nis, aut alias, securis quam eos deceat, conuersari: utque poe-
ne sumantur de ihs, qui securis fecerint, nec cuiquam ut aliis
quamdiu factū, id impune abire permittatur. Huic tam
salutari & necessariæ constitutioni, quis non dico aliorū
Principum, sed episcoporum hactenus paruit: quis satis-
fecit: cum id ipsum tamen sit, & in diuina Lege, & Cano-
nibus grauissime sanctum. Ad eundem modum contra
blasphemias, contra furiosum illud & patriæ exitiosissi-
mum flagitium, certandi poculis, contra luxum uestium,
& alios immanes sumptus, contra usuras, aliasq; fraudes
humanorum commerciorum, multa saluberrime in eodē
Augustano decreto sancta sunt, quotus autem quisque
Principum, immo Episcoporum est, qui non, hac sanctissi-
ma & necessaria lege contempta, illa tanta mala, etiā suis
cum impensis, tum exemplis alat & foueat? De infanīa,
qua se & alios certamine bibendi strenue interficiunt,
quid attinet dicere? cum non pauci, qui malum hoc teter-
rimum & nocentissimū ex animo antehac execrabantur,
nunc eo summam sibi petant gloriam. Ita luxus uestium,
aliorumq; sumptuum profluuium, ad quem Principum
non cottidie horrendum in modum proficit, subditos tri-
butis periculose premit: nec id solum, uerum etiam foene-
ratoribus, execrandis illis & nocentissimis humanæ so-
cietatis pestibus, omnia patefecit & addicit, eosque me-
ritis, ac cōstitutis poenit, quibus coercendi erant, eximit:
Si iam adeo stat sententia, ab Augustano decreto non re-
cedere: quare adeo nulla eius ratio habetur in his, quæ tā
sancta, & cum ueteri uera religione & disciplina consen-
tanea, continet?

Ita in decreto Comitiū Ratisponensis, proxime ante
hoc celebrati, constitutum est, ut si Pontifex celebrare Cō-
clitum intra annum detrectaret, aliis Imperij conuentus

haberetur, & in eo semel, siue in dictione generalis Conclⁱii, siue alia ratione, qua effici aliquid posset, tandem uera de religione consentio constitueretur. Iam Pontifex, ut ante saepe fidem fecellit, comitium quoq^b, impedito alijs rebus Imperatore, non est habitu toto nouennio. Si nunc cordi est hisce suggestoribus, stare decretis comitiorum, quare non fuerunt Principibus authores, ut hisce iam potius comitijs, tanto post quam institutum erat interuall o, celebratis, semel de componendis cōtrouersijs religionis agi serio, & statui aliquid sinerent, molientemq^b id tanta fide & diligentia Imperatorem pro sua portione adiuuarent, quam ut omnia rursus ad Cōcilium primum generale, deinde nationale, mox Imperiale conuentum rei scienda censerent: Sed ubi partim ignoratione tantæ caut^ese, partim Romanensium artibus & uiolentia, decretum est, quod cum ueteri religione & fide, & sanctissimis Cōciliorum sanctionibus planè pugnat: id uero seruandum asti consultores censem, quia id ipsorum patrocinatur cupiditatibus; quod uero statutum est, secundum legē Dei, & omnium ueterum sanctorum & doctrinam, & exempla, hoc oblitterari, planèq^b conculcari, his lusus est: si non & ipsi in hoc ipsum pro sua uirili incumbant.

Commemorat deinde, quoties, & quantis promissis decretum Augustanum ab ordinibus Imperij, & Imperatore ipso confirmatum sit, ut Imp. Mai. in his nouissimis quoq^b Comitijs declarauerit, se id ratu haberi uelle: & notwithstanding eos, qui cum ei decreto Augustæ subscripserint, postea ab eo declinauerunt. Sed id magis uidendum erat, quomodo pleraq^b huius decreti capita consentiant cum uerbo Domini, cui cädere coelum & terra debet, non solum humana statuta, pacta, promissa. At quæ recte, & secundum religionem ueram & ueterem, decreta sunt, siue Augustæ, siue in alijs Comitijs, ea nec Imperator, nec Electio

Electores, nec alijs Status, qui fieri reformationem Ecclesiastarum optant, labefieri ullo pacto uolunt; quæ autem iniuitate temporum irrepserunt, & hominum uel errore recepta, uel improbitate obtrusa fuerūt, cū lege Dei, & uera religione pugnantia, ea uero corrigere, & mutare, Principum est, qui nolunt, propter humanas traditiones, transgredi diuinis; nec in eo, ut aduersentur Deo, constantiae laudem querere.

Postremo expendamus causas, quas hi consultores adferunt, quamobrē Articulī conciliati admitti non debent: prima est, positos aliquos Articulos à Collocutoribus, non necessarios & superuacaneos, de quibus nulla extiterit pugna: quartū etiam, qui est de peccato originali, conciliatū esse Vuormatię, nō hic. Hęc uero causa, quā est pręter dignitatē principalē obiecta: nā non Collocutores hos Articulos: sed iij posuerunt, qui Librum, quem Imperator Collocutoribus obtulit: & posuerunt eos non superuacaneos: cū iij ad doctrinam de hominis lapsu & reparatione, quę ordine explicacionis controversiarum de religione primo loco exponenda erat, pertineant. Deinde ut à Collocutoribus positi essent, quid uetabat ponī, de quibus nulla fuit dissensio, dummodo ea uera, & ad doctrinā Christi pertinentia sint: sed ut superuacanei hi Articuli sint, poterant tamen remoueri. Ita quid incōmodi, quod explicatius in hoc Libro descripta est doctrina de peccato originali, de quo Vuormatię cōuenit inter paucos, & paucis adeo, ut ea opus haberent explicacionē? Nā id falsum est, aliam esse in hoc Articulo sententiam expositam, quā cōprehensa sit in ea formula, quę constituta est Vuormatię. Sed hac de re copiosius, quod res est, exposui in eo libro, quām huic uolumini, uolente Domino, subiçiam, in quo explicare institui, quid conciliatū sit, in Colloquio, quid adhuc relictum sit in controversia.

Causa de suis
peruacaneis
articulis in-
digna.

Altera causa est, quod in conciliatis Articulis insint uerba insueta Ecclesiæ & Patribus, & sententiae atque doctrinæ, quæ admitti non queant. Quamobrem si quid conciliationis effici deberet, alio colloquio atque disputatione, adeo que tempore aliquot adhuc mensium opus fore, dum alia inducerentur, alia mitigarentur, nonnulla alia forma explicarentur. Ista causa æque indigna est ijs, qui cunctam suam potestatem eò conuertere debent, ut quietam quidem & tranquillam uitā degamus, sed in omni pietate & honestate. Nam inesse conciliatis, uel uerba, uel sententias, quæ nō sint ex ipsis Diuinis scripturis, & libris Sanctorum Patrum deprompta, ad hos Principes falso delatum est: & ab ijs, quibus illi, contra Collocutores suæ partis uiros grauissimos, & doctissimos, maxime his non auditis, fidem accommodare nullo modo debebāt. Sed ut in his Articulis insint pleraq; uel explicanda amplius, uel etiam corrigenda, & ut multorum adhuc mensium tempus in hoc insumendū fuisset, quid potuit tamen esse, quod huic negotio à Christianis Principibus anteponi debuerit? Fatentur enim omnes, dum de religione dissidetur, & innumerā animarū millia graviss. pericitari, & patriam omnem in summo uersari disscrimine. At nisi non simus Christi, eiusq; regnum nō expetamus: conuenire inter nos de religione, omneq; circa eam dissidium, ipso nos docente et dirigente, componere poteramus: & his comitijs quam antehac unquam, utinā ne etiam quam posthac, facilius & commodius.

Nihil in Con-
ciliatis Arti-
culis, alienū
à scripturis di-
uinis & S. Pa-
tronis.

Nihil pre-
parati a Princi-
pibus oportet
bat Concilia-
tione religio-
nis.

Tertia causa etiam plurimum deploranda est: Nam persuaderi sibi hi Principes passi sunt, eos articulos, qui sunt conciliati, esse omnium mīmī momenti: nec fuisse de eis inter doctos magnum certamen, aut ab eis plebitum offendiculi. De ijs autem, qui sunt maximi momenti, & in quibus religio Christiana plane consistat, nō solum

Solum non esse consensum, sed etiam hos a nobis Protes-
tantibus acerrime oppugnatos, adeo ut nulla horum
conciliatio speranda sit: sue quoque partis Collocutores
in his plura quam ferri queat, remississe.

Atqui articuli conciliati, ut supra quoque commemora-
ui, hi sunt, De lapsu & tota reparatione hominis, De fide,
De operibus, De uera poenitentia, De Ecclesia & eius
membris, De Sacramentorum uiri & usu, De S. ministe-
riis, & eorum potestate, omnique disciplina Ecclesiae. Hec
ergo parui momenti res sunt, & de quibus parum a do-
ctis pugnat, parumque in populo extitit offensionis:
Quare ergo tot optimi & religiosissimi uiri horum Ar-
ticulorum occasione, ferro, aqua, igni, in tot locis crude-
lissime extincti sunt: Et quid tandem est, in quo Christia-
na continetur religio, si ea in his non continetur? Chri-
stus Dominus noster eis uitam æternam addicit, qui sibi
uere credentes, suis Sacrementis initiat, et Ecclesiae sue
inserti, sub illius disciplina nomen eius sanctificare, &
promouere regnum ipsius student, & tamen hisce homi-
nibus isti Articuli sunt monenti minimi.

Sed uideamus quos Articulos illi faciant momenti
maximi, & in quibus tota consistat religio: tum quid in
his nos oppugnauerimus, quidue conciliatum sit, hos
uero connumerant. De summe uenerando sacramento
ueri corporis & sanguinis Christi, & huius adoratione
& reservatione, De transsubstantiatione panis & uini, De
Missa, De coniugio Sacerdotum, De communione sacra-
menti sub utraque specie, de poenitentia, confessione, &
satisfactione. At de sacramento corporis & sanguinis
Christi probe conuenit, eo scilicet, dum ut Dominus ip-
se instituit exhibetur uerum adesse & exhiberi, corpus,
uerumque sanguinem Domini nostri Iesu Christi, quem
etiam dum hoc mysterium, ita ut Dominus instituit, ad

Qui articuli
conciliati.

Ut de sacra-
mento Euch.
consensum est.

ministratur adorandum in spiritu & ueritate assenti-
mūr, & adoramus ipsi. De referuatione, quia nihil man-
dauit Dominus, & uarie in ueteri Ecclesia obseruatum
est, his deniqp posterioribus temporibus complures &
grauissimae superstitiones circa reseruatum sacramentū
invaluerunt, malumus certe homines de iera & religio-
sa sacramenti sumptione, quae ad ædificandam fidem in
Christum, et augendam communionem cum eo, semper
ualet plurimum, instituere, quam de reseruatione, quæ
diu et multis ad graviſſimas seruit superstitiones, uereqp
fidei in Christum euersionem. Ita præstat circa hoc sa-
cramentum potius cum sanctissimis Patribus, de nostri
in Christum transmutatione docere, quam cum ociosis
& irreligiose nugantibus Scholis, de panis & uini in cor-
pus & sanguinem Christi transubstantiatione argutari.
Non enim quomodo panis & uinum hic, sed quomodo
mutemur nos, & uiuamus in Christo, & uiuat ille in no-
bis, quærendum est. Certe nec de re, nec de nomine trans-
substantiationis, ut ea quidem in Scholis tractata est,
quicquam, non solum Scriptura, sed nec quisquam san-
ctorum Patrum tradidit.

Circa Missam uero, cum in Libro ab Imperatore obla-
to, fiducia externi operis diserte damnetur, & sacrificium
Christi fide propria amplectendū esse doceatur, nec alia
Christi immolatio, quam qua Ecclesia patrem rogat, ut
sacrificium filii sui, ad salutem sibi ualere uelit, adferatur,
nihil reuera in controuersia mansit, quam an conueniat
habere Missam, etiam cum desunt, qui sacramentis com-
municent. Sic de communione utriusque speciei, de eo
modo nō conuenit inter Collocutores, quid de ijs iudicā-
dum sit, qui una tantū usi hactenus sunt, uel adhuc uturi-
tur, nam admittendam utriusqp sacramenti sumptionem
utriusqp partis, Collocutores censuerunt.

Quid de re-
seruatione fa-
cramenti sen-
tendum.

Quid de
transubstan-
tiatione.

Quid concili-
atū de missa.

De commu-
nicione.

Et

Et de coniugio sacerdotum, id tantū uariat, quod cum Liber ponat, illud admitti posse, nos contendimus debere. De pœnitentia nihil discrepat. De confessione autem id solum adhuc uariat, quomodo, & qua sit requirenda peccatorum enumeratio. Ita de satisfactionibus, res tantum à nobis est magis explicata, ne is error, quem Liber diserte damnat, ut nostra opera habeantur satisfactiones propitiatoria, rursus irrepatur.

Vides itaq; pie Lector, quām parum & in his Articulis, quos queruntur consultores aduersarij, non conciliatos, & à nobis acerrime oppugnatos, in controuersia hę serit, quam etiam id sit parui momenti, ijs duntaxat, qui à Christo Domino, non ab humanis commentis salutem petunt. Nisi magnum sit, dum Christum in Eucharistia habes, quid pani fiat anxie exquirere, de quo nec uerbum Dei, nec scripta Patrum quicquam docent. Et cum de uera & à Domino ipsa instituta, & à sanctis Patribus obseruata ratione Missarum consensio est, sollicitum esse de ijs, quæ adsuerunt sine uerbo Dei, sine exemplo ueterum, imperiti homines, ne quid grauius dicam. Aut bonis & fidis Christi ministris magis curandum sit, ut homines peccata sua in confessione probe enumerent, de quo hominum tantum extat præceptum, quam ut remissionem eorum à Christo Domino percipient, & uera pœnitentia emendent. Aut tolerabilius sit, ferre in sacro ministerio probos maritos, quam perditos scortatores. Sed de ijs, quæ conciliatis & non conciliatis articulis insunt, iustum & ueram explicationem subiçiam Libro huic rei proprie instituto.

Verum sint hi Articuli, quos negant isti suggestores conciliatos esse, ipsi uelint, & supersit de eis, quantam ipsi falso singunt, pugna: quæ tamen hæc ratio est, ut propterea non debeant recipi Articuli conciliati, siquidem

Quam parui
momenti ea
sint, que ad
huc corrodere
suntur.

*Non ideo,
quia aliquid
nunc concilia-
ti non potuit,
rejici debent,
quod concili-
atum est.*

dem hi uere conciliati sunt, & ad conciliandum eos, qui
adhuc in contiouersia sunt, omnium studium & curam
conuerit? De quo conſyderandum & cunctis alijs nego-
cij posthabitis accuratissime deliberandum erat religi-
osis Principibus, non totum hoc tam sanctum & salutare
conciliationis institutum rejiciendum ad Pontificē, cu-
ius rationes sic habent, ut quibus eæ cognitæ sunt, non
dubitent illum existimare sua interesse, ne nos unquam
in Domino conueniamus.

*Reiectio
cause huius
facta uideretur
ad concilium,
non ut ea co-
ponatur, sed
ut uia inea-
tur Protesfan-
tes oppriem-
di.*

Ad hæc, si ita oppugnamus eos religionis articulos,
in quibus illa tota sita est, ut non sit à nobis conciliatio
expectanda, ad quid flagitatur adeo indici Concilium ge-
nerale? Cur non potius statim de nobis id isti statuunt,
quod iustum uidetur? quandoquidem non dubitant se
ueram, nos falsam in his religionem sequi. Reiectio
itaq; ista causæ huius ad Concilium uideri possit, nihil
aliud quam captatio opportunitatis in nos decernendi,
quod conuenit in manifestos haereticos. Sed longe ali-
ter habere hæc omnia hi Principes deprehendent, ubi
Dominus dederit, ut aliquando iustum de his cognitio-
nem admiserint, & non utramq; aurem hisce uere malis,
& quæ sua sunt querentibus consultoribus, sed alteram
bonis, qui & spectant & cupiunt, quæ Christi sunt, acco-
modauerint.

*Maximū con-
ciliationis
impedimentū
quod piget
uideri mu-
tasse senten-
tiam.*

Quarta causa, ea uereor ut omniū uerissima sit, metui
scilicet ab his Principibus, ne si admitterentur articuli
conciliati, atq; ita aliqua, quanç; sumne necessaria rerum
Ecclesiasticarum reformatio fieret, existimatio Pontifi-
cis & horū ipsorum Principum aliquo modo immiue-
retur, ipsique se obnoxios facerent uulgī obtrectationi-
bus. Nam præterquā quod carni & Principi mundi, si-
perstitio per se unice gtata est, & summis uitibus uindi-
canda ducitur, hæc certe sanctæ conciliacioni & restaura-
tioni

ationi religionis causa omnium maxime obstat, quod perget recurrere bene, quam procurrere male: uiderique non uera sectatum esse atque defendisse. At si uera & una gloria est, probari Domino, haec sola spectanda & querenda est, nec debet quisque sui, sed omnes nominis Dei sanctissimandi rationem, & curam in omnibus rebus habere, cunctisque curis alijs praeferre. Et quibus id Dominus non largitur, ut eam quae ab hominibus est, gloriam plane contemnant, & eam quae a Domino est, gloriam ambiant, cum his de religione Christi nunquam obtineri consensio prius poterit. Quomodo enim uos, inquit Dominus, potestis credere, cum gloriam accipitis a uobis inuidem? Ex his itaque Lector, probe agnosces & iudicabis, quam uere infelices, & toti Ecclesiae Dei ac patriae calamitosi consultores isti sint, qui hisce Principibus persuaserunt, & eiusmodi quas uides, quales sunt, rationibus, ut tam sanctam, tam necessariam, tam desyderatam omnibus prius, religionis conciliationem & restitutionem, eamque a deo commoda & optata ratione ab Imperatore institutam, ab alijs, & maioris partis Principibus & ordinibus tam prudenter & religiose comprobata & expetitam, rei sciendam in manus Pontificis putauerint, tantaque contentione instent. Orandus itaque Dominus est, ut his Principib⁹, submotis irreligiosis illis, & non nisi ad malum prudentibus: pios, & ad salutem Ecclesiae & patriae sapientes consultores adiungere dignet: aut ipsis Principibus largiri, ut ista, quibus continetur ipsorum & omnium sempiterna salus, per se cognoscere & iudicare queant & uelint.

Quos rogo, ut hanc meam annotationem & admonitionem, & quibus bonisque faciant. Causa enim Christi & Ecclesiae hic agitur, in qua omnibus qui Christi sunt, dicenda & scribenda sunt, quae cuncte ad gloriam Christi, & electorum salutem intersunt, sine ullo personarum respectu.

*In causa
Christi agen-
dum libere.*

Cumq; ipsi suis suggestoribus permiserunt, haud obsecu-
re, & fallis de causis, notare Imperatoriam Maiestatem,
aliosq; Electores & pios Principes, atq; Imperij ordines,
quicunq; recipiendos conciliatos articulos iudicarunt,
quasi eo illi à ueteri, ueraq; religione ac decretis, quæ se
sanctissime seruatuos promiserunt, sine causa recedere
uoluissent, nostros uero, religiosos sane Principes, hære-
seon, & perniciosi schismatis insimulare. nō debent à me
grauiter ferre, quod has notas, & acrem sane ac perinde
iniquam suggillationem, iustis de causis, & ueris rationi-
bus depellere studui.

SVnt uero, si forsan & hoc religiose Lector requiras,
Principes & ordines, quise Catholicos uocant, & af-
sensu maioris inter ipsos partis Imperatoriaæ Maiesta-
ti, hoc quod præmisi, & anno taui responsum, exhibue-
runt, hi,

Vuilelmus & Ludouicus fratres, Duces Bauariæ.

Otto Henrichus, Dux Bauariæ.

Henrichus Dux Brunsuicensis.

Vuilelmus Dux Cliuensis.

Ernestus Marchio Badensis.

Georgius Landgrauius à Leuchtenberg.

Comites aliqui & Episcopiatq; prælati qui adfue-
rūt, uel suos in his Comitijs Legatos habuerunt.

Magister Theutonicorum.

Sed ut dixi, assensu maioris partis inter hos responsum
illud datum Imperatori est, non omnium. Nam compre-
sum est, & Episcopos aliquot, & Principes, maluisse reci-
pi conciliatos articulos. nam multi eorum hos articulos
pridem, in suis ditionib; prope totos receperūt, & spes
bona est, idem & alios quosdam facturos. At dum, cum
Pontificijs pauci quidam ex hoc ordine, maxima & acer-
rima

rima contentionē instantē, & Episcopi alīqui Pontifi-
cis tyrannidem plus satis metuerent, factum est, ut maior
in hoc Cōcilio numerus, in hanc institutā conciliatio-
nē reiectionem consenserit.

Qui uero Principū & Episcoporum conciliatos ar-
ticulos tam infeste oppugnarint, quiue recipiendos cen-
suerint, cum utrīq; ipsi se satis discernant et notos faciant,
non est opus nominatim hic subiçere: nolo etiam quen-
quam, ubi id Christi causa non poscit, offendere.

Habes itaq; nunc pie lector, quid responsum sit ab al-
tero ordine Statuum Imperij, Principū secularium &
Ecclesiasticorum, qui adhuc à Pontifice Romano, inter
Catholicos numerantur.

TERtius Imperij ordo, ciuitatū est, quæ Libere & Im-
periales uocantur, necdum Protestantibus se iunxe-
rūt. Harum Legati Imperatorie Maiestati ex assensu ma-
ioris partis inter se, responderunt, petere se, ut omnia ea,
quæ Collocutores alterius partis, in Libro ab Imperatore
oblato, utuera & pia approbarunt, admitterentur: hoc
est, & cōciliatos articulos, & quicquid reformationis Li-
ber iste præscribit, recipiendum iudicarunt & optarunt.
Sunt autem hæ ciuitates,

Colonia.

Aquæ.

Metis.

Vuormatia, quæ multis iam annis doctrinam con-
ciliatorum articulorum habet.

Spira.

Hagenoa, 3 suo & eorum oppidorum nomine,
Colmaria, 3 quæ pertinent ad præfecturam Ha-
genoensem, Inter quæ Vuissenburgum & Lan-
doia Conciliatos articulos publice pridē sequim-
tur.

Ratispona.
Rotenburgum.
Vberlinga.
Rauenspurgum.
Schuinfurtum.
Vuangen.
Pfullendorff.
Alen.
Bopfingen, & aliae quædam.

Sequitur quid Protestantes responderint.

RESPONSVM ELECTORIS.

ALIORVM QVE PRINCIPVM, ET STA-

tuum Protestantium, ad propositam ab Imp.

Mai. deliberationem, de decreto fa-
ciendo in causa religionis.

QVæ Imperatoria Mai. exponi fecit Principi-
bus Electoribus, alijsq; Principibus & ordi-
nibus de suo discessu, deinde capita, & articu-
los, pertinentes ad faciendā actorum in
his comitijs cōclusionē & decretū, tum ea, ad quæ se Imp.
Mai. offert, & quæ petit, ea omnia Princeps Elector, ac
cæteri Principes, & ordines, qui Augustanę confessioni
adhærent, præsentes, & absentium Legati, cum summa re-
uerentia, & submissione audiuerunt, & cognouerunt:
aguntq; cum omni subfectione gratias Imp. Mai. ob sum-
mam diligentiam, & laborem, quem in hoc impendit, ut
cause religionis controuersę Christiane componerentur.

Emilia

similiter & Christiana reformatio Ecclesie impetraretur. Non dubitant autem hi Status Imp. Mai. ex responsione pertinente ad negotium religionis, quam nudiusterius suæ Maiestati obtulerunt, intellexisse, ipsos modis omnibus propensos esse ad Christianam concordiam: in qua diuinum uerbum, & ueritas locum habere, & Christiana Ecclesiæ reformatio, quam et sua Maiestas summe necessariam agnoscit, ad effectum perduci, ac re ipsa constitui possit.

Cæterum quia Statibus prædictis placuerunt Articuli conciliati, modo intelligantur recte & Christiane, atque adeo iuxta responsonem, quam scripto obtulerunt, perstant adhuc in ea sententia, & rogant suppliciter Imp. Mai. ut efficiat eiusmodi articulos pro auspicato exordio concordiae ab omnibus Statibus recipi, & ratos haberet. Sperant enim Status Deum omnipotentem gratiam suam largitur, ut hoc pacto ueritas magis atq; magis dilatetur, & eo expeditius uia ad Christianam reformationem paretur. Quod uero attinet ad Articulos non conciliatos, intellexit Imp. Mai. Statuum prædictorum animum ac voluntatem, ex scripto suæ Maiestati oblatu.

Protestantes
recepimus
articulos co-
ciliatos.

Iuxta hæc oranti Status, Imp. Mai. ut Decretum Augustanum quod scilicet institutæ concordiae aduersatur, & cum quibusdam conciliatis Articulis pugnat, clementer uelit tollere, aut saltem suspendere. Nam agnoscit facile Imp. Mai. Augustanum recessum, si is ualere debet, atq; uim suam obtinere, cum maximo impedimento futurum speratae concordiae in religione, tum & Christianæ reformati, denique communī paci, quæ cum illo decreto consistere nullo modo poterit.

Quod uero Imp. Mai. Status rogar, an existiment, si Concilium non quam primum indicatur & habeatur, consulum fore, rursus communem Imperij conuentum co-

gere, in quo religionis causæ iterum tractentur, & ad cōmodū finem perducātur. Quantum ad Concilii attinet, adh̄erent Status suæ appellationi, Protestationi, & exhibitiōni, quam antehac in hac causa fecerunt, & conatiōibus aduersariorum opposuerunt. Nec sane aliud tam ardētibus uotis expetunt, quām ut legitimū, liberū & Christianū Concilium in Germania celebretur, in quo religionis controvērsiæ secundum uerbum Dei excutiantur, Christiana reformatio, & abusuum, qui obtinuerunt, extirpatio instituatur & perficiatur.

Ne autem hi Status in eiusmodi Concilium consen-
tiant, in quo Papa, uel sui (qui Protestantium Statuum aduersarij summi existunt) de religione cognoscendi & iudicandi potestatem habeant, iustis, firmis, & certissi-
mis rationib⁹ permouentur: quas bona ex parte ex-
posuerunt in recusatione Concilij Mantuam indicit, ad
quam rursus se referunt, humillime rogantes Impera-
Maiestatem, ut istud Statuum propositum necessa-
rijs, & ineuitabilib⁹ causis innixum, boni consulere
uelit.

Cæterum relinquunt arbitrio, & uoluntati Imperat.
Maiestatis, si minus impetrari possit Christianum &
liberum Concilium in Germania, in quo de Religione
& reformatione Christiana, ut per alium conuentum
Imperi⁹ de his rebus Christiane agatur, & transiga-
tur. Parati enim sunt Status, id quod s̄a penumero iam
testati sunt, suæ Christianæ Confessionis, & doctrinæ
Ecclesiasticae sufficiētes causas adferre, eiusque ratio-
nem reddere.

EX hoc nunc Protestantium responso, uides opti-
me lector, & Protestantes Principes atq; ordines
censuisse, & rogasse ut conciliati Articuli reciperentur,
quod

quorum quanta in Imperio sit potentia, ex catalogo eorum cognoscere potes, quem supra descripsi. Hos itaque si coniungas cum Electoribus, qui maiore consilij sui parte, conciliatos Articulos recipiedos esse decreuerunt, & cum Liberis, Imperialibusque ciuitatibus, quae idem censuerunt & petierunt, tum etiam ijs, qui ex Concilio aliorum Principum, in eadem sententia fuerunt, sicut & Illustrissimus Princeps Friderichus Palatinus, qui in his Comitijs, non Principum, sed Imperatoris Concilio adhibitus, agnosces quantula portio reliqua esse possit eorum, qui uoluerint nunc recipiendo conciliatos Articulos, concordiam Ecclesiarum fieri.

Quam multi
Statu conci-
liationem re-
ligionis pete-
rint, quam
pauci renue-
nent.

Quanquam autem ita seres in hisce Comitijs habuerit, & longe maxima pars Electorum, & ceterorum Principum atque ordinum Imperij, statim, admissis Articulis in Colloquio conciliatis, religionis concordiam restitui, & aliquod praeseformationis initium institui, ita ut proposuerat Imperator, censuerit ac petierit: & haud ita multis supra tres, differendam, & rejiciendam rem hanc tam necessariam & unice salutarem, ex animo contenderint, tamen factum est, ut his Comitijs de concordia religionis, & admittendis Articulis conciliatis, nihil decretum sit, & causa haec ad Concilium, si non generale, tamen nationale, & si ne id haberri queat, ad alterum Comitium, sed quod intra sesquiannum habeatur, reiecta sit, cuius rei haec causae sunt. Prima, & omnium maxima, quae alias continet, est, quod Deus peccatis nostris, & ingratitudini, qui salutem tam diu tamquam preclare oblatam, partim portentoso furore repellimus, partim impio fastidio contemnimus, partim frigide amplectimur, merito irascitur. Deinde, quod inter eos quoque, qui aduentum regni Christi serio orant, haud ita multis sunt, qui digno uocatione sua zelo in regnum Christi ardeant & in rem Ecclesiae, curas

Quibus de
causis reiecta
nunc sit conci-
liatio religio-
nis.

curas, & cogitationes omnes, obliti rerum suarum, conserant. Tum Romanenses Legati, cum suis paucis iuratis, & uarijs sibi mirisq; rationibus deuinctis, uana sua de Concilio pollicitatione, alijsq; se dignis argumentis, & contentionibus improbissime insteterunt, ne quid hisce Comitijs de religione statueretur. Præterea quod & Turcica arma, & alia grauissima negotia Imperatorē, ut in Italiam se quamprimum reciperet, plurimum urserunt, nec uidit, quid in hac causa, Status ipsi inter se, si ipse non adesset, constituere possent. Postremo, quod Imperator proposuisset agere paterne, & solidam constitutere confessionem, quam scilicet omnes præcipui Statutus, & ordines Imperij probarent.

Vt itaq; Imperator destitui se uideret, & tempore, & presentia Principū, quibus ad hāc rem opus erat, & quodam in presenti sic se contra suum conciliandi religionē consilium obfirmasse, ut cum bona eorum gratia, his quidem Comitijs nihil in hac causa salutariter decerni, et constitui posset: nec longum esse tempus mensium xviiij. cogitaret, intra quod non dubitabat, se, quæ tum instabant, & alio trahebant negotia, ope Domini, & suo pertinaci labore discussurum, haberetq; spem, dato aliquo spacio de his rebus amplius cogitandi, euanituras iniquiores quasdā suspitiones, quas nonnulli perditū homines contra institutū eius excitauerant, tum quę quisq; in his Comitijs, uel probasset, uel improbasset, adiuuisset, uel impecdiuisset, omnes melius consideraturos, & ueris, religionē & pacē patriae restituendi rationibus inde fore equiores, itaq; reuerso sibi, & hac & alijs de causis futurā cum ampliorem efficiendi aliquid opportunitatem, tum etiam plus temporis in hoc ipsum incumbendī, postquam scilicet quæ nunc urgebant, negotia esset amolitus, hæc omnia, cum Imperator consideraret & perpenderet, consensit

sensit tandem, ut in presentiarum de conciliatis Articulis nihil in uniuersum pro ordinibus statueretur, & ediceretur, sed ad Concilium generale uel nationale, aut si neutrum haberi contingat, ad alterum Comitium referretur, tamē quod intra sesquiannū habeat, ad quod & se ipsum ad fore pollicitus est. Attamen ne interim suo, qui prīmus Ecclesię aduocatus sit, officio deesset, id ab omnibus Statib⁹ impetrauit, ut cōmuni sua & omnium ordinum sententia & authoritate decerneret, Episcopos & Prælatos ipsos, pro se ipsis & suæ fidei creditis ueram & Christianam reformationem re ipsa auspicari debere. Hanc conclusionem Comitiorū omnes tandem Status admiserunt, & promiserunt Prælati se Christianam reformationem inter se, et apud siros ferio instituturos & pfecturos, ut in decreto hac de re facto, quod paulopost subiunctā testatū est.

Vbi uero de huiusmodi decreto faciendo, Status quicq; pro se Imperatori respondissent, & omnes nationali Synodo, si nō haberetur generalis, controversias religionis componendas esse censerent, Legatus uolens inseruire uoluntati Pontificis, ab omni Synodo, quę ad faciendam rerum Ecclesiasticarum reformationem ualere possit, maximopere abhorrentis, consultationi de nationali Synodo intercessit scripto quod sequitur.

SCRIPTVM LEGATI PONTI-

FICII, AD ORDINES IMPERII, NB

quid statuant, de nationali Synodo.



Euerendissimi & Illustrissimi Domini, cum
peruenerit ad aures nostras, quod in determi-
nationehuius conuentus Imperialis tractatae
controversiae fidei remittantur ad Concilium

Bb

uniuersale, quod si celebrari non posset, tunc remittantur ad concilium nationale &c. Animo perpendentes quam magni prejudicij esset, si controuersiae fidei remitterentur ad concilium unius nationis, officij nostri putauimus esse, commonefacere Dominationes uestras Reuerendas: &

Negat in Cōcilio Nati-
onali posse de-
terminari cō-
trouersias fidei.

Ait irritum
fōre, quod de-
ternas Syno-
dias Nationa-
lis.

Pont. ait cōf-
caput & Ec-
clesie & Con-
cillorum,
rit, ut certe nobis persuaderemus, quemadmodum gratissi-
mum erit sanctitati pontificiae, que caput est Ecclesiae, &
Conciliorum omnium, ita è contra erit ipsi molestissimū,
si securus fieret. Nam clarum est maiores seditiones in con-
trouersijs religionis hoc pacto orituras esse, cum in alijs
nationibus, tum in hac uestra nobilissima prouincia, hoc
officium noluimus obmittere, tum ut pareremus manda-
tis sanctitatis suæ, tum etiam, ut non deessemus officio
personæ Legati nobis à sede Apostolica iniunctæ. Ra-
bo, 26. Iulij.

Paratissimus ad obsequia Dominatio-
num uestrarum Reuerendissima-
rum, & Illustrissimarum.

Gasparus Cardinalis Contarenus
Legatus,

Ad

AD HOC S C R I P T U M L E
G A T I , O R D I N E S I M P E R I I R E S P O N
derunt, ut sequitur.

Ruerendissime in Christo pater, sanctæ Ro-
ma. Ecclesiæ Cardinalis, & sanctissimi Do-
mini nostri Papæ de latere Legatus, Domine
colendissime. Reuerendissimi, & illustrissimi
sacri Romani Imperij Electores, alijq; Prin-
cipes, & Status, ex scripto Reuerendissimæ dominationis
uestre eisdem oblato, intellexerunt. Re. Do. uestram pe-
tere, quod h̄dem Principes & Status ex determinatione
Recessus huius Imperialis Conuentus, qua tractarunt, ut
si Concilium uniuersale celebrari non posset. Tunc con-
trouersię fidei ad Concilium nationale remittantur, illam
additionem de Concilio nationa' i omnino tollere: Cum
persicuum sit, in nationali concilio nullo pacto posse de-
terminari contiouersias fidei: & quicquid ibi determina-
retur, esset nullum &c. Prouthaec omnia in prætacto Re.
Do. uestre scripto plenius cōtinentur, & explicantur. Ad
quæ prefati Principes & Status Imperij respondent. Re.
Do. uestram promouendo, & sanct. dominum nostrum
Papam indicendo & citra ulteriorem procrastinationem
celebrando Conciliū uniuersale, facillime præcauere pos-
se, ne subortas fidei & religionis nostræ contiouersias in
Concilio nationali tractari ac determinari oporteat, id
quod omnes huius Imperij Status plurimū optant & ob-
nixe rogant. Sīn aut̄ Concilium uniuersale toties pollici-
tum & iam à Re. D. nostra, iterum promissum, per sedem
apostolicam, ad effectum suum non fuerit deductū, eui-
dens profectio huius Imperij, & pr̄sertim nationis Ger-
manicæ necessitas expostulat, contiouersias istas in reli-

gione nostra excitata, in Concilio nationali, aut si ne hoc quidem congregari poterit, in alio Imperiali conuentu præsente tum, & hoc negotium dirigente aliquo Legato sedis apostolicae, sufficientibus ad hoc eiusdem sedis apostolicae facultatibus suffulto, concordari, ac diffiniri. Ut enim in tot tantisq; opinionum uarietatibus hærere, ne dum periculosum, sed etiā intolerabile foret: ita ē contra prædicti Principes, & Status nihil uelementius exoptat, quam illas controuersias, legitimo & debito modo ad concordiam Catholicam redigi; non diffidentes, quin Reuerendiss. Dominatio uestra, eam ad rem suū quoq; promotionis auxilium sit collocaturā. Et sanctissimus Dominus noster pro debito pastoralis officij sui authoritatē suam interponere non sit recusaturus. Datum Ratispo. 26. Iulij Anno 41.

QVIA uero Legatus ueritus non erat, in tanta luce ueritatis, suo ad ordinēs scripto, adfirmare, non licere in nationali Synodo determinare cōtrouersias fidei, & Pontifi, esse caput Ecclesiæ & Conciliorū, uisum est fratribus & collegis meis, qui adhuc Ratisbonæ erant, ut de his admoneretur, quod nomine illorum & meo feci, scripto quod sequitur.

Admonit.

ADMONITIO AD LEGATVM PONTIFICIVM, DE EO QVOD AD ORDINES

Imperij scripsisset, non licere in Synodo Na-
tionali determinare controuersias fidei,
& Pontifi. Ro. esse caput Eccle-
siae, & Conciliorum.

Per Martinum Bucerum, nomine
Concionatorum Protestantium.

GRATIA & misericordia Domini, ad agnoscen-
dum tempus uisitationis nostræ, & beneuo-
le sentiendi de lapidibus Zion, miserendis
pulueris eius, amplissime Contarene. Ut
antehac, studio tantum gloriam Christi adse-
rendi, & nequaquam Dominationi tuæ ullam molesti-
am adferendi, questi sumus, quod doctrinam nostram
in scripto tuo ad Illustriss. Principes & Status Imperij in-
iuste insimulasses, cum dissensionis ab Ecclesia Catholi-
ca, tum corruptelæ, qua nimirum adolescentes in nostris
scholis infecti, postea alios quoq; per Germaniam infi-
cerent & corrumperet, cum ea tamen nihil aliud sit quam
doctrina Christi diuinis literis clare tradita, & uere Ca-
tholico consensu testificata: ita nunc eodem studio rur-
sus queri, tecq; per Dominum nostrum Iesum Christum
unicum caput, Pastorem & uindicem Ecclesiæ suæ, ac
dissecatorem & abolitorem omnium, qui illi infestisunt,
admonere cogimus de eo, quod iterum ad Illustriss. Prin-
cipes & Status S. Imperij uolueris scribere, perspicuum
esse, si studeant Synodo huius nationis, controuersias
religionis componere, & reformationem Ecclesiarum
instituere, maiores seditiones & cōtrouersias religionis,

cum in alijs nationibus, tum in hac ipsa nostra natione
orituras esse, eamq; ob causam, & quod controversia fidei,
ut tu ait, in nationali Conclio nullo pacto determinari
queant: deniq; quam non dubitamus summam hu-
iis dehortationis causam esse, ne faciant, quod Roma,
Ponti. futurum molestissimum sit, eos ab hoc siro pio,
salutari, & plane necessario consilio, deliorari, atq; adeo
absterrere in animum induxeris.

*Constatuit
illud, maio-
res sedicio-
nes forte, si
Germania
concordiam
religionis,
per Synodū
generalē
constitutā.*

Nam quæ, obsecro te per religionem Christi, maior
sedicio, aut controversia religionis metuenda sit, uel in
nostra, uel in alijs nationibus, si nostræ Ecclesiae, religi-
onis cōtrouersias, secundum verbum Domini, atq; uere
catholicum consensum, secundum indubitatos Ecclesiæ
Dei canones componant, & manifesta uitia, quæ in do-
ctrinam & ceremonias, in harumq; administratos, tam im-
portune inuaserunt, & præualuerunt, corrigant? Atqui
si id de Imp. Ma. Clementissimo Domino nostro, Illus-
trissimis Proceribus & Statibus huius Imperij sentire
uelis, quod de Principib; Christianis decet, nihil aliud
illos per controversiarum in religione compositionem,
Ecclesiæ reformationem, uel intelligere, uel molis-
ri, suspicari debes. Ad hunc autem modum, si dissens-
iones de religione tollantur, & doctrinæ Christi puris-
tas, Sacramentorum synceritas, & disciplinæ Ecclesia-
sticæ iustus uigor restituatur, sicut depulsa seditione &
ui antichristi & Satanae, regnum Christi apud nos instau-
rabitur, ita uera ac solida in Christo pax huic nationi, cū
intra seipsum, tum cū pijs omniū nationum, optatissime
reparabitur, & felicissi. propagabitur: nec reluctabitur
quisq; aut contradicet, præter eos, qui Christo Domino
renunciant, nolumus hunc regnare super nos, his autem
si approbare nos queramus serui Christi esse, negbimus.
Misit uos, inquit Dominus ad suos, sicut oues in medio
luporum

kiporum & in me pacem, in mundo pressuram habebitis.
 Proinde merito ex toto corde abominantur Sancti omnes, hoc tuum omen, maiores orituras seditiones, & controuersias, cum in alijs nationibus, tum nostra, si nos res Ecclesiasticas tam misere affictas, & dissipatas, restituere nationali Synodo laboremus. Nihil enim prorsus turbæ, nihil motus contra hoc tam sanctum, & omnibus salutiferum institutum, à quoquam, qui non oppugnandum sibi regnum Christi decreuerit, metuendum est. Quamobrem si rationem habes divinationis tuae, apparet prouidere te, Episcopos & Principes in alijs nationibus, nam de nostris, si institutam Synodum haberet contingat, securi sumus, obstituros, quo minus pñ homines, oues Christi, nostro exemplo exciti, uocem audiant Pastoris sui, eumque sequantur. Sed eos qui contra Christi regnum tumultuantur & seditiones mouēt, ridet qui in cœlis habitat, & debet eos negligere q̄ in Dño confidūt.

Illud autem uehementer de tua eruditione & zelo, quo te in domum Domini flagrare plurimi prædicarūt, miramur, quod in hac tanta luce sempiternæ & cuncta superantis & uincientis ueritatis, quæ ubiq̄ sese infundit tam potenter, scribere uolueris, perspicuum esse in nationali Concilio, nullo pacto posse determinari controuersias fidei. Quid enim huius cuiquam nationi à Domino negatum est? Pollūcitus est Christus bonum à patre spiritum fide pro hoc rogantibus omnibus, & se ipsum medium interfuturum, ubiq̄ uel tres in suo nomine conuenient, nihilq̄ non impetraturos, de quo super terram ipsi inter se consenserint, quodq̄ cōsentienter à patre cœlesti, pereius nomen petierint. In medio quoq̄ sunt Diuinæ scripturæ, sacri Canones, scripta Patrum, poterimus ergo & nos Germani, & quælibet alia natio, quamlibet ea sit sensibus carnis parum uafris, uel exercitatis

*Confessus
non possit
trouerias fi-
dei in natio-
nali Synodo
determinari.*

sententiam Domini in omnibus quæ ad ueram religio-
nem uere pertinent, & ad salutem Ecclesiarum omnino
intersunt, inuenire, cognoscere & sequi. Abscondit enim
Dominus regni sui mysteria à sapientibus & callidis, &
reuelat ea his qui sunt malitia pueri, & sensu simplices:
nec cuiquam fide petenti, sensus sui cognitionem negat,
uel religiose pulsanti, adyta mysteriorum suorum non
recludit, nec à quoquam se uero corde quærente, ab-
scondit.

*Quid ualeat
argumentum,
Causæ religi-
onis pertinet
ad omnes,
ergo nō sunt
per unam na-
tionem deti-
ndendæ.*

Sed aduers rationem dicti tui, quod enim & contro-
uersie de religione, & earum decisio & extinctio, concer-
nat Statum uniuersalis Ecclesiæ, uideri uis consequi, nō
posse unius nationis esse, eas decidere & tollere. Verum
id quidem est, nullam nationem, sic posse quæ de religi-
one controuertuntur determinare, & quæ in disciplina
Ecclesiarum collapsa sunt, instaurare, ut id in alijs quoq;
nationibus ualeat, nisi illæ suo quoque iudicio, & sua
spōte eadem & iudicare queant, & amplecti uelint. Quo
circa optandum est, ut quæcunq; nationes Christi nomē
pariter iuhocant, in unam Synodus commode conue-
niant, & communī consilio de repurganda doctrina, &
Sacramentorum administratione, reuocandaq; discipli-
na, deliberent & statuant. Nam eisdem ubique morbis
laboratur, & est omnium Electorum Dei una fides, una
Ecclesia, ut est unum baptisma, una Christi professio.
Attamen si aliae nationes, uel nondum huc uocantem
Dominum exaudiant, uel sequi, quem audiunt, nolint,
debethoc nos remorari, ne de cognoscenda & sequenda
uoluntate Domini, tandem conueniamus. Nihil enim
nouum inferre, sed quod est traditum antiquitus repe-
tere, nihil nostra authoritate statuere, sed rursus amplecti
cupimus, quod statuit et edixit christus ab initio, quodq;
adeo obseruandum Apostoli, Martyres, & S. Patres iu-
dicarunt

*Nihil nouū
statuere pro-
testantes
uolunt.*

dicarunt, ut anathema haberent etiam angelum de cœlo,
molientem aliquid de eo conuellere, & uitam tyrannis,
quā uel apiculum de eo, cuiquam remittere malent.

Decet quidem quod omnium interest, ab omnibus cōstitui: at si alij nolint, nemini tamen ob id licebit deesse officio, quod debet Seruatori suo & Ecclesiæ Dei: nemini negligere, quod Dominus iniunxit omnibus et sine quo retineri gratia Dei non potest. Nulla enim tanta inter homines societas esse potest, ut sit cuiquam, causa socrorum offendendus Deus, & abiiscienda uita æterna. Istud autem nos certo faceremus, si in confessis abusibus & uitij persequeremus, propterea, quod aliæ nationes horū correctionem, uel sua, uel aliorum, aut ignoratione, aut cū pīditate impedit, differrent.

Possunt igitur iure, ac debent officio, & Germani, & quilibet alij populi, simul atque aliquid in religionibus apud se uitiatum cognouerint, quām primum, cum Provincialibus, tum Nationalibus Synodis, & quacumq[ue] deum uia & ratione commodius queant, ut id sanetur, & in Ecclesijs omnia sincera & integra sint & cōseruentur, summā curā impendere. Hoc & ueris Canonibus ita sanctum, et à sanctis olim Patribus religiosiss. obseruatū est.

Quæ cum non ignores, Contarene, admodum dolet nobis, quod scribere tibi permiseris, Quicquid in nationis nostræ Synodo determinaretur, id futurum nullum, irritum, & inane. Ergo inane & irritū dices, si quid recte ac pīe determinaretur? Nam scribis, quicquid. Quæ contra Christum uel in generalissimo concilio conclusa fuerint, ea certe nulla, irrita, & inania sunt: at quæ secundum uerbum Domini, uel priuatus aliquis, nedum prouinciaæ aut nationis alicuius concilium statuerit, ea adeo nō nulla, non irrita, aut inania esse unquam poterunt, ut cœlum & terram prius immutari oporteat, quām ea mutari pos-

Nihil irritū,
nisi quod cōtra uerbum
domini sit,
mutatur.

Multa salutaria & in Nationalibus Synodus decreta & constituta.

Pontifex non est caput Ecclesie.

Christus caput Ecclesie.

sint aut intercidere. Tam multa olim per nationalia Concilia in Syria, Græcia, Aphrica, Italia, Gallia & Hispania cōtra furores Arrij, Donatistarū, Pelagiū, & aliorum hæreticorū sanctissime decreta, de morib[us] Ecclesiæ saluberrimi me cōstituta sunt, ea ne uides tu nulla, irrita, et inania esse?

Aeq[ue] alienum profecto, & ab ætate, & à sapientia tua, & illud est, quod Pontificem caput Ecclesiæ & Concilio rum nominas. Delatum quidem olim est sedi Romanae, cum in ea ueri Petri successores sederent, ut prima esset; & Episcopo Rom, ut inter patriarchas prærogatiua autho- ritate polleret: at hunc caput uocatum Ecclesiæ & Conci- liorum, apud quem unquā te quæso, Patrum legisti? Ergo ne ista adhuc in tanta Euangeliū luce, omnium animos & cōscientias tam acriter feriente, iactare audetis: CHRI- STVS unus & solus caput Ecclesiæ est, & manet in eternum. Paulus autem, Apollo, Cephas, ministri Ecclesiæ sunt. Et tu tam dissimilem his hominem, propter usurpa- tum titulum, & successionem sedis Cephæ, caput Ecclesiæ & Conciliorum facere audes? maxime, cum adeo nihil ab eo, quod uel ministerialis capit[us] sit, ad Ecclesiæ perma- net, sed contraria huic muneri omnia.

Et in hac ipsa causa, uide quam male laudes tuum Pon- tificem. Nam si molestiss, laturus est, si pia & necessaria in nostra natione Synodus habeatur, ita ut institutum est, ad quam rem urgere ille cum primis debebat, an ne quæ- rere studet, quæ ou[er]s Christi aberrarunt, obligare quæ ali- quid fregerunt, confirmare quæ debiles sunt? Sed memo- rem monemus. Dominus Iesus largiatur, aut uobis alia consulere, aut nostris ne ista uestra consilia sequantur: cō- firmetq[ue] eos, ut quod pie & necessario proposuerunt, id etiam fortiter perficiant. ut tandem huius nationis San- ctio Concilio Ecclesiæ nostris & idoneos ministros, & puram doctrinam, & ueram sacramentorum dispensationē,

saluta-

Salutaremq; disciplinam restituere annitantur. nam à Roma quid expectandum nobis sit, ipsa quæ illic tot iam seculis disciplina uiget, totq; annis extracta de Concilio legitime cogendo & habendo, tergiuersatio, nimis certo testificatur. Sed faciat Dominus arborem bonam, ut & bonos fructus inde sperare liceat, & confirmet Imperatiam Maiestatem, cunctosq; Proceres et Status huic Imperij, ut iussa Dei salutemq; tot Ecclesiarum, Romani Pont. cupiditati preferant.

A Roma in
hil expectan
dum boni.

Haec uoluimus, qui hic ex ministris Ecclesiarum Protestantium reliqui adsumus, apud te queri, tecq; eore, quæ certe contra & dignitatem & officium tuū facis, ne & nos officio nostro hac in parte decsemus, admonere. Christus Dominus respiciat, et restituat Ecclesiā suam, nosq; illius idoneos et utiles ministros faciat. Amen. Quando ipse agnoscis nos uera et necessaria scribere, ne ea iniquo animo accipias. Bene uale.

Sic in multorū, qui et ipsi restitutionem regni Christi Sexpetunt, offensionē incident ea, quæ in Pontificios, maxime aut in Contarenū liberius hoc libro scripsi mus, uirum etate reuerendum, eruditio maximū, uitæ quoq; castitate et probitate suspiciendum. Sed hos per Dominum nostrum Iesum Christū, præ quo, nisi coniunctissimos quosq; et ipsam animam nostram odio habeamus, discipuli eius esse non possumus, rogo & obsecro, considerent religiose, & sensu Christi, non carnis, quid id sit, obstarere, siue proprio, siue alterius iudicio, ne ubi cunq; possit, uel etiam in una tantum domo, nedum in una natione, doctrinæ Christi puritas, & disciplinæ sinceritas, uel aliqua ex parte restituatur, dum adeo utramque collapsa ubiq; est, & tam misere dispereunt passim animq; pro quibus inmortuus est Christus. Jam certum est, si Pontificij hisce Comitijs, cum illis, quos implicatos

Causa cur lib
erius inve
hatur in Ro
manos.

habent, ijs beneficijs, quæ sicut sanctis Canonibus maxime damnata, ita utriscq; indignissima sunt, obstituerint, p̄fclarum certe restorationis Ecclesiasticae in Germania initium, & haud contemnenda in Christo consensio restituta esset. Quantū ergo boni isti homines à nobis Germanis, imo tota Christi Ecclesia auerterint, quantum malorum confirmarint & auxerint, cogitent quibus cunctis curæ est, ne pereant, pro quibus seruandis sanguinem suum fudit filius Dei.

Dum itaq; his bonis & religiosis viris, ut meæ offendantur libertati, occurrit amplitudo Cötarenij, & mea humilitas, reuocent contra ad mentem amplitudinem Christi, & charitatem animarum, pro quibus hic animam suā posuit, & ignoscant administrō doctrinæ Christi fideli, si, dum se maiestati Domini sui, & electorum eius saluti ac commodet, nec suæ abiectionis, nec totius mundi celstitudinis rationem habendam putet. Si uero antiquitas & uetus illa sedis Romanæ reuerentia mouet, opponant infinita illa & immania mala, quæ tot iam seculis in Ecclesiis Christi, à peruersa huius sedis administratione profusa sunt, & in dies importunius inundantur cogitent, quid contra eos, qui certiss. successione in sede ueteris sacerdotij, & tantis promissionibus & priuilegijs sancta impie sedebant, & religionis administrationem peruerterebant, dixerint & scripserint, prophetæ, Christus ipse, & apostoli, qui summa & unica exempla sunt, p̄iæ sanctæq; modestie; & quos prædicandi uerbi Dei, admonendiq; peccatorum, libertate, imitari oportet, quicunque uerbum Dei recte secare uolunt, quamlibet sint his spiritu & virtutibus impares.

Si deniq; id illos pacis studiosos homines turbet, quod metuunt, ne Romanenses, cum tanta adhuc in Ecclesijs potestate polleant, irritati, se contra reformationem Ecclesiarum

Ita horrenda
inundatio
malorū, que
Roma in to-
rum mundū
inundat, &
solicitude
animarum
cogit dici in
Ro. liberius.

fiarum studiosius cōmuniāt, sine quorum assensū haud facile de restituendis Ecclesijs aliquid constitui queat. consoletur inuicem, & spēm bonam firmet, quod Christi solius est Ecclesiā suas restituere, & contra hunc nullum hominum consilium, nullam uim, cum huic pater tradiderit omnem potestatem in cōelo & terra quicquā ualet. Eo quoq; Romæ omnia Christi prolapsa & proflata sunt, sic aduersaria Christi potentia obtinet omnia, ut nulla sanctis spes supersit, pro Christo quicquā huius sedis gratia constitui unquam posse.

Deinde nullis hominibus, ne dum tam pugnantibus cum Christo, in eo deferēdum est, ut de tanta in Christū, & Ecclesiam Christi iniuria & contumelia taceri debeat, quantam Pontificij ut aliās, ita & in his rursus Comitijs designarunt: cum impediendo tam necessariam Ecclesiārum reformationem, tum contendendo, ne postea, ut hanc instituamus, licere possit, nisi ipsi id permittant: qui sic comparati sunt, ut eam nunquam permisurī credantur. Sed ut Christus miraculo, & arborem hanc bonā, & bonos ex ea fructus proferat, tū nobis ipsi, quod Christi causam fideliter egimus, de officijs tā necessarijs imperat: & Imperij ordines admonēdo, gratias habebunt. Quod quandiu facere non poterunt, tamdiu certe ex eorum numero erunt, quibus si nos approbaremus, serui Christi frugi esse non possemus.

Iudicent Christiani, & ex Christi spiritu iudicent. Cæ terū nouit Christus, ut Contarenum & similes viros doctrina & uitæ integritate præstantes suspiciāt & uenerat, offendamq; ægre, At Christi gloriæ & saluti Ecclesiārum, quid non posthaberi debeat? cum & Ethnici præcipiant, prima dijs immortalibus, secunda patriæ, tercia parētibus, deinceps gradatim reliqua reliquis deberi. Christus Dominus, quicquid suum est, suo impletat sp̄.

198 DELIBER. IMPERAT. ET PRINCIPVM.
ritu, & in se uniat, purgetque quam primum. Amen.

VT autem cognoscas, optime Lector, qualibus sug-
gestoribus Principes ij, qui institutæ ab Imperato-
re rationi conciliandi religionem, & reformationē
Ecclesiarum auspiciandi, maxime aduersati sunt, ut uolu-
erint, subiçiam hic testimonium de Actis Colloquij, &
Libro ab Imp. Mai. ordinib[us] Imperij oblatu, Johannis
Eccij, ueteris nostri oppugnatoris, & hominis, his uirtu-
tibus, quæ conueniunt Romanensis disciplinæ defenso-
ri, admodum nobilis. Hic enim, quemadmodum leges
in supplicatione Clarissimorū & doctissimorum uirorū,
D. Iulij Pflug, & Iohan. Gropperi, cum quibus ab Im-
peratore de parte altera ad Colloquium designatus, ab
initio Colloquij usq[ue] ad articulū, De Eucharistia, Collo-
quio nō interfuit solum, sed ut Collegat eius uere cōme-
morant, quantum attinet ad hos ipsos collocutores suæ
partis etiam p[re]fuerit: nec quicquam ad eum usque lo-
cum in Libro conciliatum est, quod non ipsius quoque
sententia conciliatum & comprobatum sit, idq[ue] coram
Illustrissimo Principe Friderico Palatino, & Illustri Do-
mino de Gratiella, tamen ubi uidit requiri suam ope-
ram ad impediendum, ne conciliati Articuli reciperen-
tur, & eo salutaris in Religione concordia constituere-
tur, etiam in ipsum Principum concilium misit, hoc,
quod subiçiam testimoniu[m], de Libro & actis colloquij.
In quo id ille forsan de animo suo uerum testificatus est,
Librum ab Imperatore oblatum sibi nunquā placuisse.
Nam cum uideret hunc Librum non uti formis loquen-
discholaſticis & Eccianis, sed Scripturæ & sanctorum
Patrum, & aperire ueram ad faciendam Ecclesiarum
reformationem uiam, statim initio Colloquij quam fasti
dixit eum ac contemneret haud obscure p[re]stulit tamē
quia

quia tñ non erat cur mallet alijs, quā Imperatori, sanctam religionis consensionē restitui cupiēti, gratificari, assensus est omnibus, quæ usq; ad Articulū de Eucharistia in Colloquio conciliata, & post finem Colloquiū Imper. Maiest, ut conciliata, oblata sunt: quæ etiam antequām Imperatori exhiberētur, ei à Collegis suis rursus recognoscenda, præsentata sunt, eiusq; uoluntate & assensu Imp. Maiest, exhibita.

TESTIMONIVM IOH. ECCII

DE LIBRO AB IMPERATORE ORDINIBVS

Imperij ad excutendum oblato, & in Colloquio
ab eo maxima ex parte comprobato, in concilia-
rium Príncipum, qui se Catholicos
uocant, missum.

NEq; placuit, neq; placet, Liber iste insulsus, neque placebit, in quo tot errores & uitia deprehendi. Vnde iudico, sicut semper iudicaui, eum à Catholicis non recipiendum, qui relicto modo loquendi Ecclesiæ & Patrum, Melanchthonizat.

Et idem ego Eccius non consensi, neque uidi Librū Cæfareæ Mai, oblatum: sed solum prælecti fuerunt mihi Articuli Lutheranorum, multominus consensi in scripturam quandam quæ dicitur Imperatori oblata cum Libro, quam nunquam uidi.

Eccius scripsit.

Quam uane & imprudenter hæc Eccius scripsit, cognosces pie Lector, ex supplicatione D. Iulii & D. D. Gropperi subiecta, in qua nihil hi, quod non ita se habet, commemorarunt.

*Supplicatio Clarissimorum virorum D. D.
Iulij Pflug & Iohan. Gropper.*

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

DOMINO FRIDERICO, COMITI PALATINO
Rheni, Bauariae Duci, &c. & Illustri Domino
Nicolao, Domino à Granuela, praesidibus, ac
Illustribus & Magnificis Dominis Audit-
toribus, Colloquio de religione nuper à
sacra Imp. Mai. praefectis & ascitis.

LLVSTRISSIME Princeps, Illustres
& Magnifici Domini. Non dubitamus sin-
gulari Dei prouidentia & benignitate factū
esse, ut cum non multo post exorsa Comitia,
Inuictissimo Imperatori Carolo Augusto assentien-
tibus amplissimis sacri Imperij Ordinibus placuisse,
Doctorem Iohannem Ecclium & nos ambos ad collo-
quendum de Religione cum Protestantibus diligere,
Simul etiam hoc placuerit, ut eidem colloquio Illu-
strissima, Illustres & Magnifica D. V. suæ Maiestas-
tis nomine, partim authoritatis causa præsens, partim
ferendi testimonij gratia adessent. Ostendit enim rerum
euentus, qui est præsens causæ status, quam inquis ca-
lumnijs expositi essemus, nisi Illustrissima, Illustres &
Magnifica D. V. ut debent, ita quoque uelint ueritati
rerum gestarum testimonium perhibere. Nouerunt illæ
quo pacto nos ad hanc prouinciam, initio vocati si-
mus: neque enim, ut scitis, ingessimus non ultro, sed
diu ineptitudinem nostram, cum apud nostrorum Prin-
cipum

Qui presides
Colloquijs fu-
erint.

tipum Electorum, Legatos & Consiliarios, tum apud Imp. Mai. excusauimus, & obtestati sumus, ut hæc sarcina iumentis tanto oneri ferendo aptioribus imponeret. Sed ut nouerunt amplissimæ D. V. auditi non sumus, protracti & adacti in hoc opus, quod alios suscepisse cuperemus, qui illud maiori cum fructu absoluere potuissent. Nunc ubi postulatam obedientiam prestitimus, & quod in nobis fuit, summa cum fide & sinceritate (Dei & conscientiam nostram testamur) non sine ingenti labore & fatigacione peregrimus, non solum nullas gratias reserimus, sed etiam plane immerentes grauem calumniam sustinemus; id q̄ ab illo, à quo tale nihil suspicati sumus, & quem hoc facere ob graues & multas causas, si sui ministerisset, minime deceret. Is est Doctor Eccius, collega nuper noster, qui cum gestum Colloquium, cuiusipse multo tempore, et quoad febri corriperetur, nedum interfuit nobiscum, sed et quodammodo pro sua authoritate prefuit, aduersus omnem iniustam calumniam tueri et defendere deberet, primus omnium est, qui atrociter impetravit et conuelliit. Vidimus enim scriptum eius, quod non ad quoslibet, sed in ipsum senatum sacri Imperij Principum, Praetorum & ordinum transmissum est, quo ueritus non est testari, sibi neque placuisse, neque placere, necq; placitum unquam illum Librum, quem uocat insulsum, per Imp. Mai. exhibitum, in quo, ut ait, tot errores & uitia deprehenderit, quem & eodem suo scripto nullis rationibus additis censoria nota damnat, & indignum iudicat, ut à Catholicis recipiatur: quem etiam, ut est Imperatorie Maiestati post habitum Colloquium redditus, se uidisse pernegat. Affingit quoque, nescimus quām scripturam, quae se in scio simul cum Libro Imperatorie Maiestati fuerit oblata. Adhæc audiuiimus eum in singulos etiam Articulos, tam conciliatos, quām non conciliatos, mor-

Iul. & Grop.
inuiti ad
Colloquium
peracti.

Eccius quām
prefuit Col-
loquio.

Censura Ec-
cl. in Lib. Im-
peratoris Ca-
luminosar.

daces censuras consarcinasse, quibus nihil aliud sit an-
nixus, quam ut si posset, adstrueret, nihil esse in toto li-
bro, ut Cæsari redditus est, quod non sit uel superuaca-
neum, uel erroneum; uel nullius ad componendas has re-
ligionis discordias momenti. Et ut hæc febricitans forsan
impetu magis animi, quam certo iudicio effuderit, com-
perimus tamen illum, hac sua suggestione, euicisse, ut in
primis sui Illustrissimi Principes Bauari, & per hos plæ-
riq; alij, ad sic, ut ille uellet sentiendum, sint persuasi: et nō
persuasi tantu quod ad se attinet, sed etiam huc adducti,
ut Cæs. quoq; Mai. hæc, quæ Eccius effutuuit, quam maxi-
me approbata uelint. Sed hoc uno nos felices iudica-
mus, quod uos rebus omnibus adfuitis spectatores,
quod nihil in hac tota causa uobis inscijs actum sit, quini
mo nihil penè uobis non mandantibus. Si priuato consic-
lio, ambitione, seu ullo affectu permoti, nos in hanc pro-
uinciam ingessissemus, si non in totum quod Imp. Mai.
præscripsit fideliter essemus insequuti, si is Liber, quem
Imp. Mai. obtulit (non à nobis profectus) cum Eccio
totus prælectus non fuisset, si idem à summæ authorita-
tis viris (quibus non immerito Imp. Mai. simul cum am-
plissimis ordinibus, in his saltē, quæ inter nos Collo-
quatores conuenta sunt, plurimum detulerit) priusquam
Colloquium iniремus comprobatus non fuisset, deniq;
si non ipse Eccius, tam diu nobis in Colloquio collega
assexisset, & maximam illam Libri partem, quæ eo præ-
sente excussa est, in his quæ utrinque concordata sunt, ut
sana, & catholica, non sua uoce tantum, sed partim etiam
scripturæ suæ testimonio recepisset, haberet forsan quod
Illustrissimæ, Illustribus, & Magnificis Dominationis-
bus uestris prætexeret, ne eum plane calumniari existi-
marent. Nunc autem cum illæ sciant, quo consilio nos

adhi-

adhibiti, qua diligentia Liber, & per quos ante collo-
 quiū excusus, qua ratione colloquium ceptum, & assi-
 dente multo tempore Eccio gestum fuerit, non est cur me
 tuamus eū uobis illum fucum facere posse. Imò Ilustris
 sima, Illustres, & Magnificæ D. V. non nos tantum su-
 mus, quæ si Ecciana persuasio obtineat in grauem suspi-
 tionem sui muneris sibi commissi non satis fideliter acti
 adducantur; quo scilicet tanto tempore collationis de re-
 ligione assederint, & tamen de his quæ deprehendit Ec-
 cius tam obscura, & religioni, & Imperio, sacratissimum
 Cæsarem non in tempore admonuerint, & suam Mai., ac
 omnes simul ordines cum tanta suarum rerum factura in
 hoc Articulo tam diu remoratae sint. Sed gratia Deo, Il-
 lustriſſima, Illustres, & Magnificæ D. V., hanchabent
 apud Imp. Mai. inuiolabilem fidem, hanc obtinent apud
 totum orbem, suæ uirtutis, & integratissimam laudem, ut ne-
 mo dubitet quin uobis potius, quam uni Eccio in hac re
 fides adhibenda sit; præsertim quod uos ad Colloquium
 istud non obiter accessistis, quod quæ ulro citroque di-
 sputata sunt, non per transitum (ut dico solet) sed attentis
 animis, idq; ex Imperatorio mandato uobis facto exce-
 pistis, & memoria, non dubium est, recte & bene tene-
 tis. Gratia item Deo, quod Ilustrissimæ, Illustris & Ma-
 gificæ. D. V. uiderunt, Eccium colloquio & excussioni
 Libri, usque ad articulū de Eucharistia, nobiscum inter-
 esse, quod audiuerunt eum omnia quæ eo usque concilia-
 ta sunt, sua uoce nobiscum approbare. Gratia denique
 Deo, quod & ipsius Eccij manus apud nos est, qua testa-
 tum reddere possumus toti orbī, ipsum non in quo-
 uis, sed in Articulo omnium maximo, qui Iustifica-
 tionis est, eam sententiam, quam Liber Cæsari oblatus
 complectitur, libenter approbasse: ne dicamus, quod

ipse solus primus author fuerit, quo articulo, qui de eadē re in Libro per Cæfarem collocutoribus exhibito copiōsior erat, expuncto, macrior iste, & qui maiori explicatio- ne, quod inter colloquendum testati sumus indiget, sit substitutus. Porro qua specie, quo gestu, quibus affecti bus colloquiū istud peractū sit, & num ludentes an serio contulerimus, num inuicem libenter cesserimus, quum ad morbum usq; à quibusdam nobis laboratū sit, & uos optime scitis, & actio ipsa satis declarat. Atq; utinā à Principibus, & proceribus illis, apud quos Ecciana persuasio nimis cito, ac præpropere obtinuit, & nostro labore in ipsorum gratiam insumpto, tantū meriti essemus, ut nos prius de conciliatis Articulis audissent, præsertim quod de his rationem reddere semper fuimus parati, quam eos & damnassent, & per Cæfarem damnandos & suppri mendos suo scripto, quod Cef. Mai. offerre decreuerunt, iudicassent. Sed non grauate hanc mercedem laboris, & officij nostri, quam habemus cū omnibus bonis qui Reipublicæ labant bene & ex animo consultum uolunt, cō munem referimus, à Deo Opt. Max. aliam expectaturi, si tamen Illusterrima, Illustres & Magnificæ D. V. famam & opinionem nostram ab iniqua ista calumnia vindicare nō detrectent. Detrectare uero non possunt, nisi suscepti officij (præsides enim & testes totius actionis nostræ constituti sunt) immemores esse uelint, & nostræ præsentis necessitatib; ad quam Cæsarib; & illarum autoritate sumus adacti, subuenire nolint. Scimus Christiani hominis esse, iniurias iniuste illatas patienter ferre: sed interim scimus crudelis hominis esse suam famam negligere, maxime cū hinc ueritati periculum, & infirmioribus scandalum imminet. Quamobrem Illusterrimas, Illustres & Magnificas D. V. per Deum Opt. Max., cuius negotium uobis præsentibus & iubentibus egimus, & peractum Eccio, priusq;

Contra D. Iu
lium & Grop
perū non au
ditos Eccia
na calumnia
à quibusdam
recepit.

priusquam Liber Cæsari redderetur, renunciavimus,
oramus et petimus, ut pro suo officio, quo perfuncti sunt,
soli ueritati testimonium perhibere, & in primis Augu-
stissimo Cæsari, deinde Reverendissimo Legato, adhæc
Reverendissimis & Illustrissimis Electoribus, denique
cæteris Principibus, Prælatis & proceribus, apud quos
omnium grauissime sumus traducti, scripto uestro signi-
ficare uelitis, quo consilio huic actioni per Cæsarem ad-
hibiti fuerimus, qua fide & diligentia in mandato nego-
cio uersati simus, breuiter, ut quid uos de tota nostra acti-
one sentiat, publice testari dignemini, quo hoc uestro
testimonio omni prorsus exceptione maiore, opinionem
nostram læsam, apud omnes in integrum restituere, &
calumniam, qua immerentes impetiti sumus, depellere,
ac perpetua & irrefragabili testificatione fidem & inno-
centiam nostram, toti orbi comprobare possimus. Fece-
cerint eo Illustrissima Illustres & Magnifica D. V. rem
se longe dignissimam, & nobis plane necessariam, per-
petua obseruantia & obsequio ergo eas pensandam.

Illustrissimæ, Illustrium &
Magnificarum D. V.

Obseruantissimi &
deditissimi.

Iulius Pfug.
Ioannes Gropper.

HAec supplicationem, cum Imp. Mai. cognouisset,
& antea testimonium Illustrissimi Principis Friderici Palatini, atq; Illustris Domini de Granuella,
qui colloquio præsederant, de horum uirorum, & Ecclesiæ
fide & integritate in Colloquio præstita intellexisset, fe-
cit uniuersis ordinibus Imperij, Principibus Electori-

Dd iij

bus ceterisq; Principibus & Statibus, suo etiam nomine exponi & testificari, hos duos uerè eximios viros, operam suam in colloquio pie ac fideliter collocasse, eaçq; omnia fecisse ac præstisſe, quæ viros uerè pios, catholicos, orthodoxos & Reipub. Christianæ optime cupientes, maxime deceant.

TESTIMONIVM IMP. MAI. DE
FIDE ET INTEGRITATE ATQVE PIA DILIG
 gentia Clarissimorum virorū, D. Iulij Pflug, &
 D. D. Gropperi præstata in Colloquio.

Nuictissimus Imperator, Clementissimus Dominus noster, intellexit ex ihs, quæ hisce diebus in consilio Imperij acta sunt, & inciderunt, excitari cōtrouersiam aliquam, de eo Libro, quē Imperatoria Maiestas, finito Colloquio, de Religione concilianda, Electoribus Principibus & Statibus Imperij, excutiendum exhibuit.

Ne itaque Dominus Iulius Pflug & Ioannes Gropperus, quos Imp. Mai. excusatione eorum rejecta, quā suppliciter obtulerant, iniunctum munus anxie deprecantes, ad colloquium cum Protestantibus uocauit & deputauit, occasione huius cōtrouersiae, & disputationis, famę suę aliquod periculū subeant, & iniuria afficiantur, uoluit Impe. Mai. Electoribus, Principibus & communib; Statibus indicare & testari, se in ista religionis suscepta actione, ad quam predicti vires adhibiti sunt, aliud nihil animaduertisse, aut deprehendisse, quā memoratos viros ambos, mandato & iussioni suae Imperioriae Maiestati fideliter & inculpabiliter inseruisse & satisfecisse. Easque vias & rationes, quibus præsentes contro

controversiae religionis nostrae componi queant, studio prorsus Christiano & fidelium, iuxta mandatum ab eadem sua Imper. Maiest. susceptum, quæsiuisse, Quam etiam eorum diligentiam, & præstitum operam Imp. Ma. gratissimo animo intellexit, & complexa est. Istud uoluit Imp. Mai. Electoribus Princibus & Statibus expondere & testatum facere, ne predicti viri a se ad Colloquium deputati, propter obedientiam suam & operam in hac causa fideliter naçtam, aliquid incommodi, aut calumniae paterentur.

IN hoc Imp. Mai. testimonio animaduerte primum, Christiane Lector, quod Imperator, clarissimis viris D. Julio & Gropper, testimonium prebuit, eos suscepto a se mādato in colloquio, fideliter & inculpabiliter inseruisse. Hoc enim si uerū est (ut uerū est) falsum esse oportet, quod Eccius calumniatus est, sibi nec uisum qui dē esse eum Librum, quem D. D. Julius & Gropperus Imperatori, ut ab Eccio nō minus quam a se excusum & comprobatum exhibuere. Quid enim potuissent hi admittere infidelius, & magis culpandum, quam si Imperatori Eccij quoquenomine, ut conciliatum & receptum in Religione præsentassent, quod illene uidisset quidem? Sed ita acta omnia sunt, ut viri illi fide dignissimi in sua supplicatione commemorant, quare Imp. Mai. merito eis testimonium perhibuit, eos se in Colloquio, gessisse bona fide, & irreprehensibiliter. Quo iam loco Eccius habendus sit, qui in re tanta, tot Princibus, tam manifesto falsum testimonium obtulit, iudicent: quicunque religionem Christi, ueritatem & honestatem amant.

Deinde animaduertendum est in testimonio Imperatoris, quod testificatus est D. D. Iulium & Gropperum, cas.

eras uias & rationes, quibus controuersie religionis cōponi possint, quæ si uisse, diligentia Christiana & fidelis, iuxtaq[ue] id, q[uod] ipse eis mandauerat. Mandauerat autem Imperator omnibus sex Collocutoribus, ut supra co[m]mentoratu[m] est, ut omniū rerum & hominū respectu remoto, summa religione eam conciliandi religionē uiam & rationem inquirerent, quæ uera, quæ Deo grata, & Ecclesiæ atq[ue] patriæ salutaris esset. Sicut ergo Imperator agnouit, D. D. Iulium & Gropperum, suo mandato, de quærenda uia & ratione Ecclesiæ pie conciliandi, opera digna Christianis & fidelis satisfecisse; ita eam ipsam, quam hi iudicarunt uiam Christianæ concordiæ constituendæ, piam & ueram agnouit, & quæ in colloquio conciliata sunt, ut recte & religiose conciliata comprobauit.

Donet iam dominus, ut eadem tandem ijs omnibus approbentur, quorum interest Ecclesiæ tam misere dissipatis succurrere, & reformationi earum manum admitti. Necenim alia iniiri ratio poterit, & conciliandi inter se Ecclesiæ, & restituendi ueram disciplinam Christi, id quod res ipsa satis declarat. Effecerat Imperator dum amplius nō posset, ut Episcopi & Praelati sibi & reliquis Statibus reciperent, se piam & solidam inter se, & apud eos, qui ipsorum fidei commissi sunt, reformationem instituerent, at quis eorum uisus ad huc est ullam huius rei curam seriam suscepisse? Quapropter nisi in commune ab uniuersis Imperij Statibus, cum de dogmatis, tum de disciplina Ecclesiæ constitutatur, non est ut aliquam Ecclesiarum emendationem expectemus; nisi quam singuli Status pro se susceperint.

Vt uero tibi Christiane Lector constet, quām prolixè de hac re promiserint, & pro Ecclesijs salutariter decretum sit, Decretum ipsum de reformatione sacri ministerij, ut supra pollicitus sum, hic subiçere uolo.

Decretum

DECRETVM. ET EDICTVM.
DE REFORMATIONE EPISCOPORVM,
& totius administrationis
Ecclesiastice.

In iunctum uolumus omnibus Prælatis Ecclesiasticis, ut inter se ipsos, & suos, qui ipsis subiecti sunt, Christianam uiuendi agendiq; rationem & reformatio nem instituere aggrediantur, quæ ad commodam, decen tem, & salutarem administrationem Ecclesiæ deseruiat. Etiā uthuiusmodi reformationem, serio ac severiter tue antur, & strenue seruent: nullaq; se re, in eo remorari uel impediri patientur, id quod prædicti Prælati obedienter se facturos nobis & commemorato Legato receperunt. Speramus ergo quod eiusmodi ordinatio & reformatio tandem uiam sit preparatura, & multis modis commoda tura, & ad ea prie & Christiane concilianda, de quibus in religione adhuc est cōtrouersia, quo plena tandem in religione consensio constituiratur.

Explicatio reformationis.

Nunc ergo orandus Dominus est, ut Episcopis & Prælati eam mentem & curam indat, qua id, quod eis Imperator, & ordines Imperij, consentiente Legato, optimo iure & necessario iniunixerunt, & manda runt, ipsisq; Imperatori & ordinibus merito, & religione munera sui, non solum promiserunt, sed & receperunt, cum rite probeq; intelligant, & cordi habeant, tum bona fide et constantia digna bonis pastoribus, qui uenientem lupum fortiter repellunt, nō desertis ouibus fugiunt, ex aequantur & perficiant. Ea autem ordinatio & reforma

Ee

tio Christiana erit, & decentem atq; salutarēm administratio-
nem Ecclesiarum reuocabit, qua toti sacro m nisterio,
ea ratio atq; forma restituetur, quā Dominus, & in diui-
nis Scripturis, & in sacris Canonibus descripsit, atq; re-
quirit.

Vera forma
ministrorum.

Ea uero forma & ratio est, primum, ut Ecclesiæ singu-
læ habeant suos idoneos, & ijs quibus præesse debent,
probatos ministros, religionis Christi uere & intelligen-
tes, & amantes, quiq; cum D. Paulo, se Ecclesiarum, non
Ecclesiæ suas esse arbitrentur: qui norint procurationē
Ecclesiarum, ut tutelam & curam pastoralem, ad utilita-
tem commissorum, non suam, quibus ea procuratio com-
missa est, gerendam esse. Qui meminerint se, ut Apostoli
se reputabant in omni uita & administratione sua, nihil
aliud quam ministros & testes esse Domini nostri Iesu
Christi, qui hunc unum, & nihil præterea scire se, in Eccle-
sijs uideri uelint: & uniuersam doctrinam, sacramenta, &
ceremonias, huc referant, & tradant, & administrant, ut
homines peccatorum suorum uere pœnitentes, remissio
nem peccatorum, bonumq; pie, sancte, et iuste uiuendi
spiritum, cunctaq; presentis et futurae uitæ bona, ab uno
Christo petant, omnemq; uitam suam, hoc spiritu freti
& acti, eo instituant: ut proximis suis omnia sint, fiant,
faciant, & patientur, quo & illi sese Christo domino ue-
re cognito, totos uiua fide consecrent, in proximis suis
omni genere bonorum operum, ex sincera charitate ma-
nantium, glorificando. Et quicquid, uel in doctrinam,
uel in dispensationem Sacramentorum, aliasq; ceremo-
nias irrepsit, quod huc non facit, nedum quod cum hac
ratione Christum prædicandi, & ei homines adducendi
pugnet, primum doctrina, deinde re ipsa corrigant, &
amoliantur.

His uero, ut se hys sanctissime & eidem operosissime
sese

Vera forma
doctrine ad-
ministratio-
nis Ecclesia-
sticæ.

sele functioni totos, & quam expeditissime atq; sanctissime addicere & incumbere queant, & omnimoda uicatio aliorum munerum, & negotiorum, cum concedenda, tum indicenda: et quantum rerum et facultatum et uitæ huius & ministerij necessitas requirit, suppeditandum erit: quoq; id fieri possit, scholæ etiam restitui, & tanta ministrorum inopia, ad ministerium idonei iuuenes educationi & digne instrui, necesse erit. Eaq; de causa severissime reuocandi erunt illi Canones, qui uerant cuiquam de facultatibus Ecclesiæ plus concedi, quam suo ipse de Ecclesia ministerio mereatur. quiq; non Cantores modo & Le^ctore^s, sed ne Diaconos quidem Presbyteris, uel liberalitate stipendiorum, uel administrationis autoritate præferri patiuntur.

Cumq; omnes pridem uidemus, & id tam graui Ecclesiarum damno, quam paucissimis datum esse sicut Paulus erat propter regnum cœlorum castratis, quemadmodum tot iam seculis, hoc est, ab eo quod per Gregorij septimi inuictam pertinaciam uxores tandem erexit ministris Ecclesiarum sunt, cum summa religionis pernitie coniunctum est, ad tam exitiosam omni pietati (quia regno Dei plane excludit, & spiritu Dei prorsus euacuat, scortationem, contra & Dei & sanctorum Canones, ut nunc si ad huc non amplius, ut oportebat, saltem etiam coniueatur ad sanctum, & omnibus non ad cœlibatum diuinitus uocatis, ad cunctam pietatem, maxime accommodum & utile coniugium. Qua in re Ecclesiæ sicut sequitur Canonem Spiritus sancti per Paulum editum, et meliorem ueteris Ecclesiæ disciplinam, ita Ecclesiæ plurimum conferent, nam hinc ministrorum sanctimonia restituta, et ex plebe omnis impudentia facilius profligabitur, et sacro ministerio sua dignitas et existimatio reparabit, ipsiq; ministro rum cōscientijs, ut fide certa Deo ministrent consuletur.

Anno Do.
1074

Ne uero eorum, qui ad sacrum ministerium docti & probe instituti sint, sit tanta ubique penuria, & istud Prelatis prouidendum erit, ut iij, qui hac in functione pluscul*tum* ualeant, pr*ec*cipuis Ecclesijs deputentur, & alijs minus instructis ministris pr*ef*icientur: quibus & formul*a*e catechismi & concion*um*, ut Liber ab Imperatore propositus pie & utiliter monet, parand*a*e erunt.

Et quoniam Episcopi, qui hodie esse debent, & uocantur, cur*æ* reipub*lic*i implicati sunt, que cum Episcopali functione coherere natura, non solum interdicto Canonum, nullo modo potest, necessarium certe erit, dum melior*um* ratione gubernatio politica ab Ecclesiastica in personis separetur, & hac in re formam uer*æ* administrationis Ecclesiastic*æ*, quam & lex Dei, & Canones pr*es*cribunt, uel hactenus reuocare, ut qui nunc Episcopalem locum tenent, eos uiros adhanc curam sua uice gerendam, & Ecclesijs reipsa prestandam deputent, qui huic gerend*æ* & pr*es*taud*æ* sufficere possint, per quos & uisitationes obeant, & Synodis moderentur, aliaque exequantur, quae sunt Episcopalis muneris. Cum itaque cuiusc*ep*rei reformatio sit, uer*æ* & nativ*æ* form*æ* restitutio, rogandus Deus est, ut Episcopis & prelati donet hanc, quam paucis hic delineau*it* formam esse administrationis ecclesiastic*æ*, cum agnoscere esse synceram & germanam, tum sic probare & amare, ut eam restituere pro uirili, bona fide elaborent. Quae res, ut Imperator recte sperat, plurimum ad plenam dogmatum consensione inueniendam & constituer*æ* cōferet: imo certe ea cōficiet: postquam de his nō nisi regnum Christi instaurari, hoc est ueram solidac*ep* reformatio Ecclesi*æ* uere expertentibus, conuenire inter se plene & constanter possit, nemoque huic magis obstat, qui iij, quos syncera Ecclesi*æ* reformatio omni facultate Eccle-

Sijs incōmodandi & consensionem salutarem auertendi excludet: & Dominus doctrinæ suæ synceritatem ijs, qui eam ex animo querunt, non ostendere & largiri non queat.

Hactenus exposui Christiane Lector, quæ in hisce Comitjs de tota & religionis reconciliatione, & Ecclesiarum reformatione, ab Imperatore & omnibus ordinibus Imperij consulta, deliberata et constituta sunt: quę tumultuario, ut uides, congesisti, tempus enim mercatus urgebat, sed bona fide omnia. Tu uideris, ut illis utare ad gloriam Christi, & utilitatem Ecclesiae eius, conciliandisq; hinc filijs Dei, & emendandis, non distracti- hendis, & offendendis, ut enim quod perijt, queramus & seruemus uocati sumus.

Si uero te in Articulis, siue conciliatis siue non conciliatis, quipiam offenderit, ut breues sunt, & ab iniquis facile in iniquū sensum detorqueri queāt, nec sit explicator commodior, iudicium sustine, dum meam explicatiōnem legeris, quæ cepta iam cudi, statim uolente Domino, in manus tuas exhibit. Temporis enim inopia factum est, ut absoluī ad hunc mercatum non potuerit. Dominus Iesus donet, ut ita cupiamus, oremus, & fidelēm operam demus, ut in ipso unum simus, quicunq; eius sumus; sicut ipse id cupiebat, & orabat, cum diceret patrj. Pater sancte, serua eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, ut sint unū, sicut et nos: utq; ipse operā in hoc ipsum impendit, cum per crucem & sanguinem suū inimicitia perempta, dispersos filios Dei ad se aggregauit, unumq; & nouum hominem in se ipso condidit, & effecit, ut adi- tum ad Patrē in uno spiritu omnes haberemus, & ipsum eodē corde & ore glorificemus. Huic sit gloria in secula. Amen. II. Non. Septembr.

Argentorati. Anno M. D. XLI.

Ee ij

ABVSVVM EC'

CLESIASTICORVM, ET
RATIONIS, QVA CORRIGERB EOS
oporteat, indicatio Imperatorie Majest.
in Comitijs Regenspurgi, postulanti,
exhibita.

Per Martinum Bucerum.

LIBER AB IMPERATORIA
MA. OBLATVS, HABET SVB TITVL O DE
Disciplina Cleri, Electiones Canonicas, Ele-
ctorum examinationes, ordinations, & cō-
firmationes restituī debere ad Apostolica
regulam & ueteres Canones.

De Electione.

Nemo cler-
cus vel Epi-
scopus sine
populi com-
probacione
ordinandus.



Am regula Apostolica requirit, ut qui ad
sacrum ministerium eligitur, sit irreprehen-
sibilis, & habeat bonum testimonium, non
solum ab ijs qui intra, sed etiam ab ijs qui ad
huc extra Ecclesiam sunt. Veteres ergo Canones iuxta
hanc regulam, requirunt, ut nemo in sacrum ministerium
assumatur, nisi probatus testimonio & assensu cleri &
plebis. Dist. 24. cap. Episcopus. &c. Nullus.

Et ad electionem Episcopi exigunt subscriptionem
Clericorum, honororum testimonium, ordinis con-
sensum & plebis: ut qui præfuturus est omnibus, eliga-
tur

tur etiā ac probetur ab omnibus. Dist. 63. Vota. Et sunt uerba Papæ Leonis, ex Epistola eius 87. In qua testatur, haec in electione Episcoporum, ita ut describit, obserua-
ri ab ijs, qui Patrum regulas norunt, & Apostolicæ nor-
mam authoritatis sequuntur. His consentiunt quæ de
electione Episcoporum, & aliorum ministrorum haben-
tur in Authent: Quomodo oporteat Episcopos, & De
Sanctissi, Episcopis.

Et D. Gregorius, cum de eligendis Episcopis ad Ecclesiæ scribit, iniungit eligendi munus semper clero, ordini, & plebi: uel clero, duci, & plebi: prout cuiuscum-
ciuitatis administratio habebat.

Abusus igitur est, quod hodie Clerici, atque ipsi Episcopi ordinantur, sine electione & assensu ordinis & plebis: atque eorum, in quorum potestate plebes sunt. Quare cum sanctorum Patrum regulæ præcipiunt, ne quis inuitis & non petentibus Episcopus detur: & affir-
ment, Nullam rationem sinere, ut inter Episcopos ha-
beantur, qui nec à clericis sint electi, nec à plebis ex-
petiti: restituī debet Ecclesijs ius eligendi Episcopos su-
os, ut in qua uis Ecclesia ab omnibus eligatur, qui debet omnibus præesse. Ita & de alijs clericis assensu Ecclesi-
arum, quarum ministerio deputandí sunt, haberí debe-
runt: quicunque ius præsentandi ministros sibi sumant, aut
ture haberint.

De examinatione ordinandorum.

QVIA necesse est, ut ministri Ecclesiæ sint omnibus probati & irreprehensibiles, examinari queque & probari sancti Canones iubenteos, qui ad sacra ministeria electi fuerint, ut in 9. Canone concilij Nice-
ni, & multis alijs legitur. Et istam examinationem præ-
cipiunt coram omni Ecclesia fieri, ut quicunque aliquid

Abusus quod
clericis et Epi-
scopi costitu-
untur sine
assensu ordi-
nis & plebis.

Dicitur hanc
est, ut nemo
ad sacros or-
dines admittan-
tur non Ca-
nonice exa-
minari,

CONTRA ministrum,

contra electū habeat, id proferre possit, ut legitur Can. 51. Concilij Carthag. idq; Patrum tempore in Ecclesijs semper obseruatum esse constat.

Hoc enim de diuina authoritate descendit, ut D. Cyprianus scribit, & Scripturæ testimonij probat in Epist. 4. libri 1. ut Sacerdos plebe præsente, sub omnium oculis deligatur: ut dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur. Et paulo post in eadem Epistola. Coram omni Synagoga iubet Deus constitui sacerdotem: id est instituit & ostendit ordines sacerdotiales, non nisi sub populi assistentis conscientia, fieri oportere: ut plebe præsente, uel detegantur malorum criminis, uel bonorum merita prædicentur: ut sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata.

Ratio huius examinationis etiā in Nouellis, Quomodo oporteat Episcopos, & Desanctiss. Episcopis, est diligenter tradita, quam obseruare fideliter oportet.

Est igitur & hic grauis abusus, quod absque tali exploratione, Ordinationes fiunt. Nam præter inania uerba, nihil huius reliquum obseruatur. Suffraganei ij, qui nunc Ordinationes facere consueuerunt, interrogantur de Ordinandis. Sunt iusti: sunt digni: Ab aliis quibusdam respondetur, Iusti sunt, digni sunt: sed ijs, qui nihil comperti de illis habent. Itaque merum luditrium est quod agitur, & falsum testimonium in re tam diuina.

Hunc itaq; tantum abusum necesse est tolli, atq; eam formam, & severitatem examinationis canonicae restituere, quæ in Canonibus, & Authenticis præscripta est: quicunque demum sint, qui electionem uel presentacionem horum fecerint.

De

De ordinationibus Clericorum.

DE his ueteres Canones præcipiunt, ut quisq; Episco-
pus suos clericos, & Episcopos Metropolitanus or-
dinet, adiunctis tamen sibi omnibus, uel ad mini-
mum, duobus Episcopis eiusdem prouinciae. Si uero ab-
sit Metropolitanus, tres saltē ex uicinioribus Episcopis
ordinationem faciant: sicut tamen, ut non aliud ordinent,
nisi quem Canonice à Clero, ordine & plebe electum &
legitima exploratione inuenerint inculpatū, & ad sacrū
ministerium idoneum. Atq; hæc olim legitima Episcopo-
rum confirmationē erat Can. 4. Concilij Nicenī. & Chalce-
do. 27. Carthag. 13. Sardicen. Can. 6.

Abusus itaq; est, quod Pont. Rom. sibi quorumlibet
clericorū, & Episcoporum ordinationem, cū ab ipso peti-
tur, & Episcoporum omnium cōfirmationem uendicat.

Oportebitq; cuiq; Episcopo ordinationem sui cleri,
& Episcoporum ordinationē, atq; confirmationem, Me-
tropolitanis, et uicinioribus Episcopis restituere; ethis le-
gem præscribere, ne quos ordinent, aut cōfirment, nisi Ca-
nonica examinatione rite exploratos, et cōprobatos.

Cumq; sacra ordinatio sit, destinatio ad certū ministe-
rium in Ecclesia bona fide obeundum, ferendum nō est,
ut fiat ad inanestitulos, uel uagam, & incertam functio-
nem. Tollī & ille abusus debet, ne quis absolute ordine-
tur; quod in Concilio Chalcedon. Can. 6. prohibitum est,
hoc est abusq; iniunctione certi ministerij, quod ordinatus
in certa aliqua Ecclesia, que ipsum ad id expetierit, per-
agat.

Et quia nemo pluribus ministerijs satis esse poterit,
oportebit & hunc abusum submouere, ne posthac uni
plusquam unum ministerium Ecclesiasticum cōmitta-
tur, ne uis duabus, uel pluribus Ecclesijs assignetur;

Quisq; Epi-
scopus suos
Clericos &
quilibet Me-
tropolitanus
Episcopos
sue prouincie
ordinare &
cōfirmare
debet.

Abusus quod
Papa omnes
ordinat & cō
firmat,

Ne quis ordi-
netur abusq;
deputatione
certi ministerio.

Ff

quod, et ipsum in Chalcedonen, & alijs Concilijs fieri ue
titum est. Canon. 10.

Ita & hoc curandum, ne quid pro ordinationibus acc
piant; neve etiam quisquam, uel precij respectu, uel ulla
carnis cōmendatione, ordinationi offeratur. Tales enim
obliquas insinuationes simoniæ damnant Canones, &
grauiiter puniunt.

De obeundis ipsis ministerijs.

Ne quis mu
neri uel Eccl
esi sue desit.

REmouendus et ille abusus est, ne cui conniveatur,
dum munus suū in Ecclesia negligit: multo minus
dum ab Ecclesia sua ulla de causa abest. Nam Cano
nes, et Leges prohibent Episcopum, uel causa Ecclesiæ
suæ, ab ea diutius abesse, etiam si in intima aula Imperato
ris uersetur. Quod si quis aliquandiu absit, uerant ei im
pensas ab Ecclesia subministrari. Si uero ultra annum ab
fuerit, deponi iubent. Sed nec apud aliquam Ecclesiam
suę diocesis desidere cōcedūt: aut aliquid negotij, qua
lecumq; illud sit, suscipere permittunt: si ea occasione in
cura et administratione Ecclesię, & sedis suae impediatur.
A secularibus uero curis sic liberum Episcopum, et om
nem clerum esse, Canones uolunt, ut nec tutelam pupillo
rum, nec curationem uiduarum illis permittant. Haec san
cta sunt in multis concilijs. Concil. Niceno, Can. 6. An
toch. Can. 3. et 11. Laodicen. Can. 42. Sardicen. 3. 7. 9. 11. 12
& 16. Constant. 6. Chalcedoñ. 3. Carthag. 23. 57. 72. 109.
Anthent. Quomodo oporteat Episcopos. Ne quis orat.
Et De sanctissimis Episcopis.

Vt Prelati
per se docēat

Cumq; Episcopi præcipuum munus sit, docere popu
lum, non est concedendum, ut Episcopi id per alios præ
stent; deligi enim debent, ut D. Paulus præcipit, qui sunt
ad docendum idonei & uoluntarij.

*Ira etiam per se ipsos Episcopi uisitare & inspicere Ec
clesias*

Ecclesiæ suarum diœcœsum debent. Quare terminos diœcœsum S. Patres sic describi & distribui uoluerunt, ne qua amplior sit, quām ut Episcopus singulas Ecclesiæ quotannis semel ipse adire, & cognoscere possit, quomo-
do sacrum ministerium in ea peragatur: proinde etiam id restituendum erit, quod Canones præcipiunt de nouis Episcopatib⁹, sicuti populus excreuit, institutis, ne cui ciuitati populosiori suus Episcopus desit. Sic nec presbyteri alia re occupari debent, quām ut doceant populum, & uerbum Dei prædicent, sacramenta administrent, atq; disciplinam exerceant, Vnde in Concilio Romano sub Diuo Gregorio celebrato, dānati anathemate sunt presbyteri et diaconi, qui neglecto munere docēdi, et Eleemosynas procurandi & disciplinam conseruandi & exerceendi, cantionibus in Ecclesia uacare uelit.

Tollere itaq; necesse est, quām primum id commode fieri poterit, & eum abusum, quod Ecclesiarum prouen-
tus omnes in certas præbendas distribuuntur: & præben-
de conferuntur in homines, qui Lectorum modo & Can-
torum officium præstant. Constituto enim eo, quod im-
penditur primarijs, & maxime necessarijs muneribus, ut
sunt pensiones Episcoporum & presbyterorum, qui do-
ctrinae, sacramentorum dispensationi, et disciplinæ præ-
esse debent: tum diaconorum & subdiaconorum, quibus
curam pauperum, et eleemosynarum præcipue deman-
dari oportet: reliqui Ecclesiarum prouentus distribui de-
bent in pauperes, & eos, qui ad sacrum ministerium insti-
tuuntur: tantumq; cuiq; præbere conuenit, quantum ei
fatis est, pro sua necessitate & usu. Quæ distributio, arbi-
trio Episcopi, & presbyterorum, non tamen absq; dia-
conorum consilio, olim fiebat.

Sed quoniam mala clericorum administratione tota

Visitatio Ec-
clesiarum.

Diœceses pli-
res facientes.

Ve pauperi-
bus sua por-
tio Canoni-
ca restituatur

*Vt dispensan
dis opibus
Ecclesie bo-
ni Laici adhi-
beamus.*

hæc ratio conturbata est, expediret rebus adeo collapsis
remedium adhibere, quod adhibuit Iosas rex Iuda. Nam
cum sacerdotes in priuatum usum uerterent, qui cœquid of-
ferebatur in templo : regium scribam recognoscendæ sa-
cræ pecunie una cum sacerdote p̄fecit; ne qua pars frau-
de deperiret. 4. Regū. 12.ca. Sic hodie utile esset, ut pres-
byteris & diaconis exordine ciuili aliquot probi uiri ad-
iungerentur, tanquam testes & custodes : nec id esset no-
uum exemplum, siquidem testatur Ambrosius, Ecclesi-
am initio habuisse seniores, sine quorū consilio nihil age-
batur, atq; hunc morem obsoleuisse doctorum desidia,
uel potius superbia; dum soli ali quid uideri uolunt, in pri-
ore ad Timoth cap. 5. Præterea cum sacerdotum delectio-
ni, & examinationi plebem interesse iubeant Canones,
nec à disciplinæ curatione excludant; significant, non ali-
enum esse ab eorū officio, in rebus minoribus eorum cō-
scientiam intercedere.

*Vt Ecclesie
habent suos
economos.*

Et ne Episcopī atq; presbyteri occupentur negotijs se-
cularibus, restituendus & ille Canon est: ut Episcopī atq;
Ecclesiæ singulæ suos habeant oeconomos, & defensores,
ac uiicedominos, qui possessiones, agros & totam rem ali-
mentariam procurent: ne Episcopī & presbyteri, ab ad-
ministratione uerbi Dei & disciplinæ, ullo pacto auocen-
tur.

*Necni Cleri
eori aliiquid
de Ecclesia
detur supra
qua'm merea-
bitur.*

Ad eundem modum curandū est, ut & cæteri ordines
Ecclesiastici, singuli suo officio incumbant, & ne cuiquam
officium suum negligentí ab Ecclesia aliiquid prebeatum
sed in locum eorum, qui suo muneri desunt, alij sufficia-
tur.

Cumq; Canones requirant, ut sacra stipendia singulis
assignentur pro meritis, & officiorū sedulitate, ille quoq;
abusus tollendus est, quod pueris saepè, & perinde ineptis
hominibus, tantundem, ac saepè amplius de sacrī stipe-
dū

diis præbetur, quam iis, qui Ecclesiis assidue & utiliter inseruiunt. Ut uero idonei ministri semper haberi possint, non solum scholas in Ecclesijs habere necesse est, sed etiam alere studiosos, sancto ministerio consecratos, & ad sacrum ministerium instituere oportet, ut Vasense concilium præcepit. Tales olim erant, qui lectorum atque cantorum, acoluthorumque ordine censemabantur. Nam per omnes sacræ militiæ gradus ascendere oportuit eos, qui ad Presbyterij & Episcopale munus prouehebatur.

Quoniam autem præcipuum atque summe necessarium in Ecclesia est, ministerium doctrinæ, & quicquid in Ecclesia, uel legitur, uel canitur, uel oratur, uel populo exponitur, ad ædificationem fidei facere debet: nihilque omnino illic proferre, aut geri conueniat, nisi quod totum coetum ædificet, quemadmodum clare D. Apostolus docet, 1. Cor. 14. reuocandi & illi Canones sunt, qui præcipiunt, ne quicquam in Ecclesia legatur, aut decantetur, uel in preces adsumatur, quod non sit ex Diuinis literis desumptum, aut illis consentaneum. Tum, & illud efficiendum est, ut quæ diuina sunt, eo modo atque ea religione admistrentur, quo seruetur pia grauitas, & uera querantur fidei ædificatio.

Quod ergo & Liber ab Imp. M. oblatus requirit, diligens & religiosa repurgatio facienda est omnium lectionum, precum, & cantionum, quæ hodie in templis locum obtinuerunt, ut rescenetur quæcunque Diuinæ Scripturæ non cōsentiant, & in ijs quæ his cōsentanea sunt adhibeat modus, ut sacræ Scripturæ, sicut par est, suus locus relinqua. Nam uetusiores Canones nihil quam Scripturas legi, uel decatari in ecclesia permiserūt, ut legitur can. 49. Concilij Laodiceñ, unde Concilium Constantinopol. in Trullo celebratum præcepit, clerum & populum ex Diuinis tantum libris docendum esse, et comburi debere

Nihil in eccl
esiā legendū
uel cantandū
nisi quod de
prompti sit
ex D. literis.

falsa martyrologia. In memorij tum martyrum legi eorum
historias permisit. Carthag. can. 47.

Ita in Sacramentis, quia per ea mysterium redemptio-
nis nostræ summa religione administrari, & fides præci-
pue ædificari debet, populo diligenter omnia, quæ in
ipsorum administratione dicuntur & geruntur, explican-
Ve sacra my-
steria et lin-
gua propona-
tur, quæ po-
pulus intellici-
git.
da sunt, ut fides populi ex auditu uerbi Dei incremen-
tum accipiat, & quicunq; intersunt, suum Amen, ex uera
fide adiçere ad omnia queant. quod etiam Imperator,
De Sanctiss. Episcopis præcepit. Grauissimus enim ab-
usus est, ita salutis nostræ mysteria in spectaculum exhi-
bere, ut minister sit barbarus populo. Nam, iudice Apo-
stolo, insaniam merito quis dicat, dum minister ihs, quos
docendos, & ad pietatem inflammandos suscepit, ea qui-
bus doceri & inflammari ipsos decet, ignota lingua pro-
ponit, ut intelligi ab illis non possint.

Et quia manifestum est, populum sacra mysteria, quæ
in Sacramentis exhibentur, nequaquam pro dignitate
reuereri, tum fiduciam magis in opus ministri, quam in
beneficium Christi collocare. (nam vulgo homines sine
poenitentia & uera fide, ut tota uita eorum clamat, cum
sacra mysteria spectarunt, & aliqua precum nomine ad-
murmurarunt, atq; nonnihil obtulerunt, omni cultu Dei
se defunctos putant) restituenda est obseruatio ueteris
Vetus admi-
nistratio Bap-
tismatis respi-
cuenda.
Ecclesiæ, ut Baptisma, extra periculum uitæ, certis, & so-
lennibus temporibus, & singulari religione administre-
tur, coram tota Ecclesia: tum etiam ut mysterium totum
Baptismi sic explicetur, ut populus intelligat, qui bapti-
zantur, eos in mortem Christi baptizari, & Christo cõse-
peliri, adeoq; ipso indui: atque ita uera fide Christi benefi-
cium ibi agnoscat, & in eo cunctam fiduciam, non autem
in externa actione, reponat.

Non minori studio & diligētia, Eucharistæ tum reue-
rentiam

rentiam, tum uerum usum vindicari oportebit. Proinde primum tollēda erit tanta Missarū multitudo, D. Hieronymus, & Augustinus ne suo quidem tempore probare audebant, quotidie Missas exhibere: *etiam tamen dignis cōmōdōne exhibendae.* cum tamen longe sanctior in Ecclesia de ihs, qui uel admittēdi ad sacra mysteria, uel inde arcendi essent, disciplina uigeret. Nam tū, quādo ad ipsa mysteria uentū erat, iubebātur sacro coetu excedere, quicunqun nōdum initiati, quicunqun impuri, uel etiam nondum p̄oenitentia purgati, & à peccatis suis absoluti erant; nec adesse peragendis mysterijs sinebantur, nisi qui & cōmunicatione Sacramentorum digni existimabantur. Qua in re ita religiosi erant, ut D. Chrysostomus de se scripserit, Animam prius tradam meam, quā dominicum corpus alicui indigno, sanguinemque meum effundi potius patiar, quam sacratissimum illū sanguinē, prēterquam digno, concedam, Homil. 83. in Math. Si n. reus fit corporis, et sanguinis Dñi, qui illa indigne sumit, eodem se reatu obstringit, qui hēc indignis administrat, uel spectanda tantū ingerit. Inde uetus Ecclesia uela non reserabat, donec impuri sacro conuentu excessissent.

Tollenda igitur erit tanta Missarum multitudo: nec ullis Missis exhibendis, nisi qui digni Sacramentorum cōmunicationi iudicari possunt. Tum ad cōmunicationē, quicunqus sacris adsunt, diligenter inuitandi erunt: nā hēc Sacra menta, non ad spectandum, sed ad sumendum instituta sunt. Hinc olim sub poena excōmunicationis iubebantur cōmunicare quicunqus sacris interessent. Sic enim & Apostolos statuisse, & sanctam Rom. Ecclesiam servasse scripsit Papa Calixtus, ut legimus De cōsecrat. dist. 2. ca. Peract. Item Distinct. i.e. Omnes. Similis cōstitutio ex Canonib⁹ Apostolorū adducitur. Quare D. Chrysostomus recte iudicauit, ministriū frustra sacram habere oblationē, frustra astare ad altare, dum nemo cōmunicat.

propterea

propter ea quod qui indigni communicatione sunt, abscedere debeant, dum consecratio ipsa peragitur: id quod Diaconus Ecclesiæ & Christi autoritate præcipiebat. Additetur, qui communicatione Sacramentorum indignus, sit eum indignum quoque esse ea communicatione, quæ in precibus habetur. Hæc ille homil. 3. in Epist. ad Ephe. Deinde ne populus, ut hodie maxima pars facit, aliquid fiduciae reponat in opus, uel suum, uel sacerdotis, siue in spectando, siue audiendo, siue prædicando, uel denique etiam Sacraenta sumendo: omne mysterium, ita ut Dominus instituit, & uetus Ecclesia obseruauit, explicari præsentibus quam clarissime oportet, ut simul, cum sacerdote uera fide precentur, paceq[ue] inuicem data & accepta Sacramentis eisdem ita participant, ut magis magisque in Christo uiuant, & Christus in illis. Verum n. est quod D. Chrysostomus scripsit. Homil. 18. in altera epistolam ad Corin. Nunc non esse eam rationem quæ in ueteri testamento erat, ut populo non liceat omnibus participare, quibus sacerdos participat: nunc enim unum omnibus corpus, & poculum unum proponitur, unam ab omnibus haberi orationem, unam gratiarum actionem, & pacem eandem mutuo dari & accipit. Nec uero esse indignum, si populus in mysterijs cum sacerdote loquatur, cum eo tempore etiam cum supernis protestatis, cum cherubim, & seraphim, sacros hymnos personet. Hæc ille. Cum ergo non nisi ad hunc, quem diximus modum, Sacramentum hoc institutum sit, nec aliter à ueteri Ecclesia unquam usurpatum, cumque uera reverentia huius Sacramenti sit, communione Christi in euera fide amplecti, ut in uita Christi pro se quisque perficiat, collendum erit, quicquid cum hac ratione istud Sacramentum administrandi, non consentit.

Cumque in priuatis Missis, quæ eodem tempore in diversis

Presents
Missis communica-
tione debet.

diuersis eiusdem templi angulis, in eodem populi coetu
habentur, tum etiam in pompis illis, in quibus Sacramen-
tum tantum ostentatur aut circumfertur, fiducia falsa spe-
ctionis, & externi honoris fulciatur, ac plurimum car-
nalis studij vulgus hominum pro suo prepostero affectu
admisceat, & indignissimis hominibus, a quibus hoc my-
sterium Domini abscondi debuerat, ingeratur: necesse
erit & illam Missarum, eodem tempore, in eadem homi-
num congregatione, multitudinem: & illas nuper adeo
exortas, & a plerisque questus tantum & superstitionis cau-
sa multiplicatas ostentationes, & circumgestiones sub-
mouere, & homines diligenter ad uerum & salutarem hu-
ius Sacramenti usum reuocare.

Tollende pri-
uate Missae
& circumge-
stiones Sa-
cramenti.

Cum enim unus Christus, & una eius exhibitio, unaq[ue] mortis eius commemoratio, toti Ecclesiae quamlibet nu-
merosae sufficiat, & D. Paulus diserte iubeat, ut Christiani
nisead sacram cœnam inuicem expectent, & unam om-
nes celebrent: ut sicut omnes unus panis sunt, & unum
corpus, ita etiā omnes de uno pane, & uno calice partici-
pent; quid possit tanta Missarum, in singulis templorum
angulis, quibuslibet hominibus, & pro inconsiderato cu-
sustinet affectu, multiplicatio aliud efficere: quam ut ho-
mines opere potius sacerdotis, quam Christi beneficio
confidant, & falso ac perniciose fulcimento malæ consci-
entiae comparato, suis cupiditatibus securius indulgeant,
magis, quam ad ullam poenitentiam, uitæq[ue] in Christo in-
nouationem excitentur: Sic ostentationes & circumge-
stiones Sacramenti, siue honoris causa, siue contra quaslibet
calamitates, ut contra insalubre uel malignum cœlum,
contra uim aquarum & ignis, contra hostes, sint institu-
te: qui non inanem spectacionis & externi illius operis &
honoris fiduciam excitant & confirmant:

Omnino itaq[ue] ista omnia noua inuenta abrogare oportet.

Gg

Cuncta no-
ua immensa
circa Eucha-
rist. abrogas-
da.

tebit, & veterem morem, imò Domini institutum, ut ad piam mortis Domini commemorationem, quæ sit panis & calicis participatione, Sacramentum exhibeat, unicq; populi coetui, una tantu Missa celebretur, restituere. Nec enim unq; antiquitas repetendum hoc mysteriū eodem die iudicauit, nisi cum præ multitudine templum omnes simul capere non posset: atq; ita finito sacro adesset nouus populus, quem non decebat mysteriorē expertem relinquere. De quo perpendatur rescriptum Leonis pape. De consec. dist. 2. Necessæ sumptum ex Epistola. 79.

Et mouere debet Principes & Episcopos, ut hosce abusus certe grauissimos, qui circa hæc diuina mysteria inuaserunt, & adeo præualuerunt, quanta possint cura & religione, quamprimum tollant: uerumq; tanti Sacramenti usum restituant: quod, quicunq; se indignè tractationis horum mysteriorum reos faciunt, etiam reos se corporis & sanguinis Domini constituant, & præter morbos & mortem corporalem, eas quoq; poenas merentur, que manent omnes qui filium Dei conculcant, & sanguinem testamenti pollutum ducunt &c.

Abusus etiam admodum perniciosus est, quod Christianorum liberi, cum ante Baptisma nō possint, nec ad oī leuerunt, instituuntur a ministris de religione: item quod nulla ab his suscipitur publica fidei & obedientiæ Ecclesiasticæ professio. Curandum igitur, ut Cathechismus puerorum restituatur, & ne confirmentur ab Episcopis, nisi qui probe in religione edocti, ipsi Christo Domino, & Ecclesiæ nomen dederint, fidē profesi & obedientiā, quā Ecclesiæ, secundū uerbū Christi, prestare debent pī.

Non autem puerorum tantum institutio, sed etiam totius populi negligitur: admonitio eorū qui delinquent, facit eorum, qui palam scelerati sunt, friget coercitio, uel potius nulla est: nulla ad iustam pœnitentiam ligatio:

nulla

nulla excommunicatio, nisi quod inanis duntaxat species quædam & nomen manet: atque illud ipsum quod de hacre relictum est, cum grauissima contumeliam beneficij Christi, quod per claves regni sui Ecclesiæ contulit, longitude alio, quam ut uitia populi Dei corriganter, traductum est. Praeterquam enim quod clerici suas iniurias ulciscuntur, alicubi non alium in usum excommunicationem adhibent, quam ut sub prætextu contumaciæ, debita extorqueant: alicubi ad res perditas recuperandas, & inquadranda occulta facinora: nusquam uero legitimam, ac quem in Euangelio præscribitur, admonitionem præmittunt. Denique absolutionem uenalem habent, ut nemo, nisi pecuniam numeret, absoluatur. Ita totum usum clauium, partim ad suam libidinem, partim ad suam auaritiam, partim ad regnum suum stabilendum conuerterunt.

Restituenda
censura Eccle-
siastica.

Istos ergo ab usus remouere oportet, ueramque Euangeliæ admonitionem, correctionem, abstentionem, & excommunicationem restituere, ut qui peccarunt, ad salutem poenitentiam reuocentur, & eorum exemplo alijs metus incutiatur, aut certe Ecclesia contagione malorum liberetur.

. Et quia administratio hæc clauis proclivi lapsu in Ecclesiæ destructionem, ad cuius ædificationem est instituta, deduci potest, ideo maxima opus cautione habet. Necesse igitur erit, ut plures, grauissimi, & singulari spiritus sapientiae prædicti uiri huic proficiantur: iisque ex omnibus Ecclesiæ ordinibus delecti: non autem ut penes unum aliquem hæc potestas resideat: quemadmodum hodie Of- ficialibus est commissa, qui ut forensium iudiciorum rationem probe teneant: tamen propè nihil norunt de ratione iudicij Ecclesiastici: ac sic uiuunt, ut ipsi excommunicari merito debeant, si uera obtineret excommunicandi regula. D. Cyprianus hæc iudicia excōmunicandi,

Viri grauissi-
mi proficien-
ti censura
Ecclesiastica.

& in cōmunionem recipiendi eos, qui exclusi essent, non solum cleri, sed etiam plebis suffragijs exercebat. Et D. Paulus cum nominat Gubernationes, non de solis ministris loquitur, sed de ihs, qui ex toto corpore Ecclesie deligebantur, ut morum censuram exercent.

Notati sunt in Libro, quem Imp. Mai. obtulit, abusus, qui in cultu reliquiarum & imaginum grassantur. Cum itaque constet hos abusus plusquam immanes esse, & innumeris superstitionum formis mundum fuisse demersum, ipsasque superstitiones eò usque progressas, ut Ethnici uitantum impietatis circa sua idola admiserint, tollenda erunt tales, quae ad impiū cultum prostant, statuae & imagines, Reliquiae etiam quas impie populus coluit, è conspectu hominum submouendae sunt, omnesque eo loco reponendae, ut nullam idolatrie occasionem præbeant.

De uita & disciplina cleri.

*Quae non se-
renda in ordi-
ne Ecclesiastis
est.*

Quanti in hāc abusus inuaserint, uel potius exundarint, explicari satis non potest. Hæc tamen necessario corrigenda sunt in ihs, maximè qui sacro ministerio funguntur, ne ullis rebus prophanis se addicant: multo minus ne iuuenilibus cupiditatibus indulgeant, multo uero minime, ne flagitijs & turpitudini dedisti sint: Si enim ludis aut uenationibus aut commessionibus se addicant, si causas forenses agant, si mercimonia exercent, si foenerentur, si suspectam habeant consuetudinem cum mulieribus, si intempestiue ad eas comeant, si intersint obscenis spectaculis, deponi debent. Scripturam modo studium, & rerum sanctorum cura, hunc ordinem decet: cuius officium est, tum doctrina, tum uitæ exemplo alijs prælucere. Hos igitur Præpositos super clerum constituere oportet, qui unâ cum Episcopo disciplinam, & ministris restituant & conseruent.

Disci-

Disciplinam uero iuniorum clericorum quia retinere difficultius est, conueniet, ut iuxta uetera instituta, una sub certo & fido moderatore ad Ecclesiasticam functionem, in casta disciplina, & ad Ecclesiasticam moderationem apta, edacentur & instituantur.

Disciplina iu
niorum cleri
corum.

De lapsu ministrorum.

Quia Ecclesia requirit, ut qui in sacro ministerio suo quersantur, sint sancti & inculpati, nemo in sacro ministerio ferri debet, si deprehendatur in flagitiis aliquod uel scelus incidisse: ut est abnegatio fidei, blasphemia, perjurium, sacrilegium, adulterium, stuprum, fornicatio, furtum, desertio Ecclesiae, cui quis adscriptus est, se adscribere militiae, secularibus negotiis implicare, ciuili administrationi admiscere, neglectus ministerij, rebellio uel conspiratio factiosa contra Episcopum, simonia, communicatio cum haereticis & excommunicatis illicita, ministerium per Principes, sine legitima uocatione, inuadere, uacare commissariis, ebrietati, ludo, uenationi, usurae, aut in illum incidisse crimen capitale. Reuocanda igitur erit severitas Canonum, ut quem illi praecipiunt castigare, non impune, & cum pernicie totius Ecclesiae peccet: & quem deponi sacro ministerio praecipiunt, ne in eo toleretur.

Vt corrigit
clericis lapsi.

De iudicijs, et animaduerstonibus cleri.

Canones statuerunt, ut quisq[ue] Episcopus sui cleri custos & corrector sit: & clericis uicissim quicq[ue] suis <sup>Vt quicq[ue] cleri
piis, Episcopi
a Synodis in
dicteur.</sup> Episcopis pareant: & si quis se inique grauari iudicio sui Episcopi putet, Synodum prouinciale appellat: si uero, etiam Synodi Prouincialis sententia se iniuste premi existimet, prouocet ad Patriarcham & nationalem Synodum: sed ea lege, ut dum per Synodum absoluatur, sub ea damnatione, cui eum suus Episcopus sub-

Gg iii

fecerit, maneat. Ita iubent Canones, ut Episcopi primum
a sua Provincia Synodis iudicentur: & tum demum, si
necessere sit, causa ad maius Concilium deferatur. Hæc ita
constituta sunt in Concilio Antiocheno, can. 6. & 9. In
Constantinopolit. can. 6. in Chalcedoneñ. can. 9. & 17. in
Sardicēsi, can. 14. in Carthaginēñ. 15. & multis alijs Cōci-
lijs. Quocirca Concilium Africanum excōmunican-
do esse, qui ultra mare prouocassent, iudicauit.

Vt uero ista iudicia & animaduersiones rite, & ordi-
ne exerceantur, & oborientia in Ecclesia uitia in tempo-
re corriganter, Canones requirunt, ut binæ quotannis
Synodi, uel ad minimū una in qualibet prouincia habe-
atur; tum etiam ut maiores Synodi, in quibus Episcopi
unius totius Nationis, uel etiam multarum nationum,
conueniant; prout Ecclesiaturum necessitas postulauerit.
Hæc statuta sunt in Concilio Niceno can. 5; Antioch. 20.
Carthag. 18. & 52. & multis alijs. Quam sanctionem
etiam Iustinianus sua lege confirmauit, quæ extat in No-
uellis, De Sanctiss. Episcopis.

*Binæ quotā
nis Synodi
habenda.*

Et hic igitur abusus tollendus erit, quod Pontifex
Romanus, iustum Episcoporum animaduersiōnem in
clericos suos, impedit; & causas quaslibet, etiam in pri-
ma statim instantia ad se trahit: quod deniq; Synodo-
rum iudicia in totum sustulit. Et Synodi igitur restituē-
dæ sunt, & Synodorum iudicia: quod & Liber postulat.
Accessit huc etiam alius abusus, quod Imp. Mai. & om-
nes Principes, & magistratus obstringuntur, ne suam in-
corrigendis cleri uitij potestatem, ullo modo interpo-
nant. Cum tamen Dominus per Paulum p̄cipiat, om-
nen animam potestatibus sublimioribus, quæ gladium
gestant, subiectam, & potestates, omnibus facientibus
mala debere formidabiles esse. In quem locum D. Chry-
stostomus scribit, Paulum ideo posuisse, Omnis anima, ut
osten-

ostenderet, neminē hac subiectione excipi, etiam si Apo=
stolus, Propheta, uel Euangelista sit; nedū sacerdos, uel
monachus, hanc. n. subiectionem pietati nihil officere.

Hoc sanctissimi Episcopi, qui temporibus Constatīni,
& filiorum eius, Valentiani, Theodosij, & aliorum, usq;
ad Iustinianum, Ecclesias administrarunt, agnouerunt:
ac ideo pijs Imperatoribus se libenter subiecerunt, in=
dictionem Concilij detulerunt, & ut leges salutares de re=
bus Ecclesiasticis conderent, suggesserunt, eorumq; le=
gibus libenter paruerunt. Hinc tot piae, & utiles de re=
bus Ecclesiasticis leges, in prioribus titulis Codicis, &
in Nouellis extant: & statutum à Iustiniano est, Canones
pro legibus habendos esse: Vnde & illud manauit, quod
idem præfectis Imperij præcipit, ut non minus current Ca=
nones obseruari ab Episcopis, & clericis, quam ab his &
cæteris hominibus leges ciuiles, poenasq; se sumpturum
minatur de transgressoribus Canonum, easq; non modo
de Episcopis & clericis, sed de ihs quoque, qui horum
transgressionibus conniveant.

Nec exemerunt religiosi illi Imperatores Episcopos,
& clericos iudicij Imperalibus, nisi in criminibus Eccle=
siasticis, quæ non dubitabant ab Episcopis & Synodis,
ut tum Episcopi & Synodi erant, acrius, quam à iudici=
bus Imperij, coerceri: & in ciuilibus causis, quas Episco=
pi commodius dissoluere, poterant, cum propter sacram
authoritatem, tum quod per Episcopale iudicium clerici
& monachi non ita à ministerio, & disciplina abstraher=
bantur, uti factum fuisset per iudicia imperialia.

Sed nec ciuiles causas Episcopis iudicare licebat, ni=
si secundum leges imperiales, & consentientibus ihs, qui
causas contra clericos habebant. In criminibus uero ci=
uilibus & publicis, clericos dicere causam oportebat
apud communia tribunalia Imperij. Ista sancta leguntur

Leges piori
Imperatorū
de rebus Ec=
clesiasticis re=
uocandis.

Quae uera clo=
ricorū immu=
nitas.

Quid iudica=
re Episcopo
rum.

in Nouellis. Quomodo oporteat Episcopos, Vt clerci
apud proprios Episcopos. et De sanctissimis Episcopis:

Episcopi san-
cti. qui li-
bertatis ecclie
statice ueri
adserentes
erant. se tamē
Potestatibus
submiserunt.

Has leges Episcopi illorum temporum, qui in iure Ecclesiarum asserendo, & uera libertate tuenda satis zeli habebant, sacrosanctas habuerunt, eisq; libenter obtemperauerunt. Restituenda ergo sunt, & submouenda est illa infinita clerilicentia, qua soli mortalium impunescelerate, & flagitiosē uiuunt. Imperator itaq; ipse indicat, cum tempus fuerit, Synodos, contemptum Canonum vindicet, committatq; his, qui Imperialem potestatem per Imperium exercent, ne sinant Canones, & leges ab Episcopis, & reliquo clero ita palam, ut diu iam factum est, conculcari. Vt enim non est in Ecclesia Christi potestas ad destructionem, sed tantum ad ædificationem: ita libertas nulla cuiquam, & clero minime omnium, dari potest faciendi male, sed tantum beneſ faciendi. Inde quæcumque Imperatorum beneficio clero à sordidis muneribus, à curia, à militia, à iudicijs donata immunitas & libertas est, eam hac una de causa donata leges testantur, ut illi, nulla re impediti, sacro ministerio toti fidelius, maioreque religione, & sanctimonia incumbant.

Ad hunc itaq; modum censura & animaduersio in uitia clericorum restituenda est: ad quam promouendā, & adiuuandā, Principes curam suam quoque adiungere operę precium erit: siquidem restitutam uere, & solidē uolumus.

At uero quia nunc omnia in hoc ordine magis prolapsa sunt, quam ut possit in ijs, qui cleri locum obtinent, disciplina necessaria ecclesijs restitui, ita ut Liber ab Imp. Mai. oblatus prudenter monet, ea ratio ineunda erit, ut iij, qui ferre hanc disciplinam possunt, sacrī ministerijs præficiantur: & institutijs scholis, quod fieri quam pri-

Preficiendi
tantū qui dis-
ciplinā Ecclie.
possunt ferre.

mum

rum conueniet, semen aliquod iuniorum clericorum horum institutioni committi, ut posthac nulli nisi recte instituti & formati, in sacro ministerio succedant.

Cæteri, qui ad eam disciplinam se tradere, uel omnino nolunt, uel non possunt, uel etiā propter imperitiā ad sacra munera idonei non sunt, retinere in officiis honore, maxime in regimine Ecclesiarū, ubi cura animar̄ est, nullo modo possunt. Tamen, si se patientur cōmuni saltē Christianę plebis disciplina reformari, & desinat hac, qua haec tenus soliti sunt, ethnica impuritate uiuere, ut uel in plebe Christi tolerari queant, necessaria eis uitę alimenta ab Ecclesijs, dum in pace moriantur, auferenda nō sunt: postquam in hoc uiuendi genus, temporę corruptione sic uenerūt, & in eo tam diu uixerūt, ut id cōmodiore mutare non ualeat. Ecclesię aut̄ est, cuiusq; pro sua necessitate prospicere, et offendiculis omnib⁹, quoad per Deū licet, obuiare.

Porro quia ex Principum, & nobilium liberalitate, Ecclesiæ cum alijs accessionibus, amplas hodie ditiones, & maximas opes habent, quę suos idoneos administratos, curatores, & gubernatores requirunt: poterunt hi ex nobilium Canonicorū ordine deligi, & i maxime, qui ad Ecclesiæ munera se accommodare non ualent, ad hæc autem obeunda, non sunt inepti.

Ne aut̄ in posterum, uel Ecclesię per nobiles, qui disciplinę Ecclesiastice se nolunt subdere, grauentur: uel dominus nobilium, Comitū, & Principum, his emolumētis, quę nunc ab Ecclesijs percipiunt, priuent: expediet apud Ecclesiias, in quib⁹ hodie Principi nobiliumq; filiū redditus habent sibi destinatos, collegia institui, in quibus literis & moribus formen̄, quo deinde reip. inseruire possint, q̄s in eo uitę genere, ad quod natus, et instructus fuerit.

Ille tamen abusus omnino tollendus erit, ne Ecclesiæ Lectorę & Cantorum numero, ut nunc sit, grauentur: cū

Etiā immobiles Clerici, & Christianę disciplinę subſigiant, ales di sunt.

Oeconomici
& defensores
deligendi ex
nobilibus qui
in collegiis
sunt.

sint hi infimi in clero ordines, et minus necessario ministerio fungantur. Multo minus ferendū, ut hi ipsi, cum infimo loco cōtentī esse debeant, ordinī Presbyterorū & Diaconorū, hoc est, ijs qui curā animarū & eleemosynarū procurant, adeo preferant, ut pridē fieri cōptū est. Olim grauius damnatum est, quod se Presbyteris alicubi anteponebant Diaconi, qui tamen aliquā partē obibant dispensationis uerbī & Sacramentorū, & exercendę disciplinę ad iuncti Presbyteris erāt. Quanto igit̄ indignius est, quod modo fit, ut n̄ qui re ipsa nihil q̄ Lectores, & Psalmæ sunt, quicqđ uocentur, potiorē locum & potestatē, in Ecclesia & rebus Ecclesiis, sibi sumant, quam ijs, qui administratiō nem doctrinę, Sacramentorum, & disciplinę obeunt. Valeat igit̄ constitutio Concilij Romani, quæ citatur dist.

92. In sancta, ut Psalmi & lectiones per iuniores ordines recitentur aut canantur: & qui nihil ministerij amplius in Ecclesijs exhibere ualent, quam legere & cantare, minores ordines sint & censeantur.

Vbi aut̄ sic formati, & ad honestam uitam assuefacti à pueritia fuerint, ut ex ijs, quē admodum hactenus factum est, elegi poterunt, qui principatus illos gerant, & administrēt, qui adiuncti Episcopatibus sunt, hoc ipsum eis munus comendetur. Est. n. bene regere populos, etiam politico imperio, bonum & dñinum opus: & qui se bonos Principes in ditionibus ecclesiasticis prestabunt, quia Ecclesiarū quodammodo custodes erunt, & pīū sanctumq; earum régimen sua potestate adiuuabunt, hoc magis bonorum Príncipum officium exhibebunt.

Tamē quia plane impossible est, ut quis simul summū in repub. imperiū, & Ecclesiasticā administrationē sustineat, & utrāq; recte & ordine procuret: necesse erit, ut Ecclesijs ordinentur, qui nihil q̄ Episcopale munus obeant. Atq; hi, quo fidelius toti curaē animarum & procuratiōnē religionis incūbant, ab omni cura seculari, ut scilicet Scrit-

Nc Lectores
& Cantores
dignitate &
opibus prefe-
rantur ueris
Presbyteris.

Constitu-
di qui Episco-
pale munus
uere proce-
rē, & omni
alia cura libe-
randi.

ptura, et sacri Canones præcipiunt, liberandi erūt, ne dū à cura illa oīm difficultima & negotiosissima sumī imperijs.

Ne uero administrationes istæ Ecclesiarum & politiæ cōmisceantur, sed Ecclesijs munus episcopale plenum et integrum maneat: oportebit illos, qui administrationi episcopalil muneris præficientur, uere canonica electio- ne & ordinatione, ad quam & populi suffragium & testi monium requiritur, constitui.

Quanq̄ autem utile sit eos, qui principatus episcopatu- tum in eum modū regent, & quasi politiæ summiq̄ im- perij Episcopi erunt, suam quoq̄ curam & authoritatem conferre, tum ad cōstituendos Episcopos spiritualis pro curationis, Canonica electione & ordinatione semper ob seruata: tum ad adiutandum eos, qui constituti fuerint, quo munus suū spirituale rite obeant; ad uigilare deniq̄, ut inspectiones Ecclesiarū accurate fiant, ac Synodi suis temporibus, atq̄ cū fructu celebrentur. Attamen illis, qui ad spirituale Ecclesiæ regimen, & propriū Episcopi mu- nus deputabunt, administratio religionis & episcopalil functio, tota & libera relinquenda erit, ut hanc exequant, secundum institutum Dñi, & ut in sacris Canonib⁹ præ scribitur: nihilo plus in hac re imperio eorum, qui episco- pales principatus gerēt, obnoxij, quām saluo munere epi scopali, & salua potestate uerē ecclesiastica atq̄ spirituali, licere potest, & Ecclesijs cōmodum esse. Magnopere. n. cauendum est, ne politica administratio cū Ecclesiastica confundat, aut administratiōi ecclesiastice sua spiritualis potestas immīnuit, p̄ quā discipline Christianę rigor re- retinēdus est. Mose spū Dei plenissimus erat, et totius re- ligionis primus in populo Dei interpres et formator: tñ quia imperijs sum mū administrare debebat, religiōis cu- rā, iubente Deo, fratri cōmisit: ita alīs quoq̄ sibi imperio successorem cōstituit, alium fratri in summo sacerdotio.

Politica &
Ecclesiastica
administra-
tio minime
cōmiserenda.

Quod mu-
nus Episcopo-
rum corum,
qui externas
ditiones re-
gunt.

Episcopis spi-
ritualibus ad
ministratio
spiritualis to
ta relinquen-
da.

Vt politica
& Ecclesiasti-
ca procuratio
ne munus in-
uenient.

Et quanquā summū imperiū penes unum esse uellet, eū tamē audire sacerdotes et leuitas, præcepit. Ita nunc quoq; debet omnīs anima sublimioribus potestatibus, quā gla diū gestant, subiecta ad bonū n̄ esse: iuxta tamen qui di sciplinam Christi administrant, debent hanc exercere in omnes, qui Christi esse uolūt, quocunq; imperij fastigio emineant. Nam ut uerbo Dei omnia ex nihilo facta sunt; ita uerbo Dei merito omnia obediūt; nec potest qui Christo credit, se nō imperio Christi saluifico libenter subiçere. Cuius rei Theodosius Imperator præclarum edidit exemplum, & D. Ambrosio iure id testimonij tulit, quod solus nosset Episcopum se præstare.

Ista igit̄ moderatione, si imperij et spiritualis regiminiis administrationes in Ecclesia discernantur, & consolent, minore molestia, quia minore politiæ mutatione, grauissimi illi abusus tolli poterūt, quibus Ecclesiæ tam misere ha ctenus desolate sunt, ex neglectu muneris uere episcopalis, quod scilicet Ecclesijs defuerint, q; hoc secundum Canonem Christi, & sanctor̄ Patrū, rite procurarent, & singulas eius partes obirent. Ete certe in Ecclesijs uera reformatio cōficiui nunc poterit, si nō hoc ordine distinguantur istæ functiones, ut singulæ suos Passiores, & eos idoneos, suoq; muneri diligenter et assidue incumbentes habeant, quibus etiam tota cura istius procreationis liberè relinquatur, ad Canonum tamen moderationē limitata & finita: tum sic utriusq; administrationis fines describan, eaq; sit partiū disributio, ut quiq; muneri suo satis facere ualeat, & Ecclesijs sua necessaria ministeria nūc subtrahantur. Quorum omnīū optimā rationem ueteres Canones prescribunt, quos sequi hic oportet.

CHRISTVS DOMINVS ECCLESIAE SVAB

Caput, adsit ei, ut ad suam uoluntatem quāoptime & felicissime restituatur. Amen.

INDEX IN LIBRVM AB IMPERATORE propositum.

A

- Absolutionis uis. pagina 31
 Abstinentia & feiunia. 56
 Actuale peccatum. 5
 Apostolis et Episcopis par honor
 & potestas. 36
 Apostoli alij, idē quod Petrus. 26
 Assuta quedam. 14.18
 Augustini sententia de cultu &
 inuocatione sanctorum. 41
 Authoritas interpretandi Scriptu-
 ras, est penes totā Ecclesiā. 21.22
 Authoritas Ecclesie maiorne sit,
 quam Scripturæ, irreligiosum
 est disputare. 21

B

- Baptismatis institutio. 27
 Baptismi elementum. 27
 Baptismi uis. 28
 Baptismi exercitium. 28
 Baptisma infantium, 28
 Bona opera quæ. 11
 Bonorum operum merces. 12
 Boni facultas a' Christo. 3

C

- Canon Scripturarum. 22
 Canoni Scripturarum nihil adjici
 nihil adim̄ potest. 21
 Canonice Scripturæ excellētia. 21
 Canon Pauli reuocandus. 52
 Canonice electiones, examinati-
 ones, & ordinationes reuocan-
 dæ. 51
 Canon Missæ ut intelligendus. 46
 Carentia originalis iustitiæ. 4
 Catholicus consensus & testes

- huius. 23
 Causa peccati. 4
 Censura ecclesiastica. 55
 Ceremoniarum usus. 38
 Certitudo salutis. 11
 Charitatis vinculum. 34
 Christus ut immoletur. 44
 Cleri disciplina. 51
 Clericus nemo mulierem secum
 habeat. 53
 De Cœlibatus lege Episcopus di-
 spensare potest. 53
 Concilia minora, maioribus defer-
 re debent. 24
 Conciliatio de usu lingue in tem-
 plis, facilis. 50
 Concupiscentia. 4
 Conditio hominis. 1
 Confessionis usus. 31
 Confirmationis elementum &
 uis. 29
 Confirmationi innititur uerbo Chri-
 sti. 29
 Confirmatione ut utendū sit ho-
 die. 29
 Constitutio & ordo Episcoporum
 inter se, ad conseruandam uni-
 tatem Ecclesiæ utilis. 37
 Contritio excitetur ministerio le-
 gis & uirtute spiritus. 18
 Contritionis uerę effecta. 18
 Conuersio post lapsum. 8
 Correctio monastices. 54
 Credenda quæ. 10
 Credenti in Christum omne pec-
 catum remittitur. 17
 Credentium paucitas. 15

INDEX

Cultus Christi nullus ad imagi-	dinationea Canonice revoca-
nies.	da. 51
de Cultu & inuocatione Sancto	Episcopus & presbyter idem 52
rum Augustini sententia. 41	Episcopi ad quid constituti. 37
Cura omnis sublimior ad iuuani-	Episcoporum constitutio & ordo
dum inferiores. 26	inter se, ad conseruandā unita-
	tem ecclesie utilis. 37
D	Episcopis et Apostolis par honos
Disciplina Cleri. 51	& potestas. 36
Disciplina necessaria & saluta-	Episcopus de lege coelibatus dis-
tis. 51	pensare potest. 53
Disciplina si non ad summum, ta-	Episcopatus in Ecclesia unus,
men aliquousq; perducenda. 51	quem quisque in solidum te-
Doctrina necessaria. 16	nct. 36
Doctrina & traditio Ecclesiqua-	Eucharistiae elementum acuis. 30
ria. 23	F
Doctrina parochorum. 54	Facultas boni a' Christo. 3
Dogmata necessaria & non ne-	Fides uiua quæ. 10
cessaria. 23	Fide iustificari. 10
E	Fide que percipiuntur. 10
Ecclesia quid. 12	Fiducia externi operis rei ciēda 46
Ecclesiam ueram soli sancti con-	Filiī irg omnes homines. 9
stituunt. 12	Formula concionis doctrinæ chri-
Ecclesia occulta. 13	stianæ parochis paranda. 54
Ecclesia ubi querenda. 14	in Formicatione lapsus Ecclesia
Ecclesia nota. 14	eiiciatur. 53
Ecclesia in bonis tātū seruatur. 15	H
Ecclesia primum collecta prædi-	Homo omnis filius irg. 9
catione uocali. 20	Hominis conditio. 1
Ecclesia in Missa quomodo se of-	Hominis iustificatio. 9
ferat. 44	Homines quō munendi contra
Ecclesia infirmitas. 16	abusū inuocationis sanctorū. 40
Ecclesiæ potestas duplex. 20	I
Ecclesiæ potestas Scripturas dis-	Ieiunia & abstinentia. 56
cernendi. 20	Imaginum uerus usus. 43
Ecclesiæ interpretatio ea tātū, que	ad Imagines nullus Christi cul-
in scripturis insunt, explicit. 22	tus est. 43
penes Ecclesiā totā, authoritas in	Imaginibus seu falsis, seu uanis,
terpretādi scripturas est. 21 & 22	ne fidatur. 43
Ecclesiastica politia sita est in ceri-	Imperfecti qui. 13
monijs & disciplina. 38	Incrementum inuocationis per
Electiones, examinationes & or-	

INDEX

- dona opera. 11
 Infirmitas Ecclesie. 16
 Integritas naturae humanae ante lapsum. 1
 de Invocatione et cultu Sanctorum Augustini sententia. 41
 Irremissibile peccatum. 16
 Irreligiosum disputare, maior ne sit Ecclesiæ quam scripturæ autoritas. 21
 Iudicia priuata iudicij Ecclesiæ subficienda. 23
 Iustitia originalis. 4
 Iustitia originalis carentia. 4
 Iustificatio hominis. 9
 Iustificari per fidem. 10
 Iustificari, iustum reputari. 10
 Iustificari, iustitiam accipere. 10
- L**
- Lapsus in fornicationem, Ecclesia ciuiatur. 53
 Liberum arbitrium. 1
 Libertas amissa. 2
 Libertas ante gratiam. 2
 Libertas accepta gratia. 2
 Libertas accepta gloria. 3
 Liberumne faciendum, utraque uel altera specie Eucharistiae uti. 49
 Lingua uulgati quædam, reliqua Latine in sacris dicantur. 50
 de Linguæ usu in templis, facilis conciliatio. 50
- M**
- Maiori fidei & charitati, maior merces. 12
 Mali ut sunt in Ecclesia. 13
 Mali non sunt in Ecclesia. 14
 Matrimonii uerbum. 32
 Matrimonij elementum & uis. 33
- Matrimonium solis christiana sacramentum. 33
 Matrimonium etiam post uotum initum, dirimi non potest. 33
 Merces bonorum operum. 12
 Memoria uiuorum & mortuorum in Missa. 45
 Metropolitanæ et Patriarchæ inter episcopos. 37
 Ministerij sacri institutio. 35
 ad Ministeria Ecclesiæ tantum probati & idonei assumantur. 35
 Ministerio legis & ui spiritus contritio excitetur. 18
 Missa sacrificiū representatiū. 43
 Missa quod à Patribus sit sacrificium dicta. 44
 Missæ canon ut intelligendus. 46
 Missa non habenda sine cōmuni cantibus sacramentaliter. 47
 Missa haberī potest, si adsint cōmunitates spiritualiter, etiā si desint cōmunicantes sacramentaliter. 47
 Monastices correccio. 54
 Motus originalis peccati. 7
 Motus spiritus S. ad credēdum. 10
 Motus spiritus S. ad deterstanda peccata. 9
- N**
- Naturae humanæ integritas ante lapsum. 2
 Necessaria & non necessaria dogmata. 23
 Nemo in hac uita sine peccato. 3
 Nota ecclesiæ. 14. 25. 34
 Notæ infallibiles, consensus catholici. 24
- O**
- Oblationes ad Missam. 46
 Officio quisque suo fungatur &

INDEX

- & incumbat. 51
 Opera bona quæ. 11
 Operum bonorum merces. 12
 per Opera bona incrementum sit
 innottationis. 11
 Operis extensis fiducia rejec-
 da. 46
 Oratio pro defunctis. 41
 Ordinis sacramenti, uerbum &
 elementum. 26
 Ordinis sacramenti uis. 27
 Ordines qui olim. 27
 Ordinationis institutæ diuinitus
 necessitas & utilitas. 26
 Originalis iustitia. 4
 Originale peccatum. 4
 Originalis peccati motus. 7
 Originalis peccati reliquiæ, unde
 peccatum. 7
- P**
- Parochorum doctrina. 54
 Patriarchæ et metropolitani inter-
 Episcopos. 37
 Paucitas credentium. 15
 Peccati causa. 4
 Peccatum originale. 5
 Peccatum actuale. 5
 Peccatum originis omnium. 5
 Peccatum originis, dignum con-
 demnatione. 5
 Peccati originalis remotio. 5
 Peccatum originis unde non im-
 putetur. 6
 Peccati originalis reliquiæ unde
 peccatum. 7
 Peccati originalis motus. 7
 Peccatorum remissio semper oran-
 da. 8
 Peccati omne remittitur credenti
 in christum. 17
 Peccatum irremissibile quod. 16
- Poenitentia uerbum & elemen-
 tum. 11
 Poenitentia publica. 35
 Poenitentia post lapsum. 16
 Politia ecclæstica sita est in cer-
 monijs & disciplina. 28
 Potestas Ecclesiæ duplex. 20
 Prædestinati. 13
 Presbyter & Episcopus idem. 52
 Priuata iudicia, Ecclesiæ iudicij
 subiectienda. 23
 Probatæ & idonei tantum assumen-
 di ad munia Ecclesiæ. 51
- R**
- Reconciliatio per solum Chri-
 stum. 9
 Reliquiæ peccati originalis, unde
 peccatum. 7
 Reliquiæ, resurrectionis admo-
 nent. 43
 Reliquiæ sanctorum, ad quid reue-
 renter habenda. 41
 Reliquiæ non adoranda, nec eis
 fidendum. 42
 Reliquiæ non sint suppositiæ,
 nec exponantur ad quæstum. 42
 Remissio peccatorum semper oran-
 da. 8
 Remotio peccati originalis. 5
 Renati peccato resistere, ac inclo-
 atam obedientiam præstare
 possunt. 3
 Ritus vulgares sacrorum repur-
 gandi. 50
 Romanus quomodo primas inter
 Patriarchas. 37
- S**
- Sacerdos uxorem religionis præ-
 textu ne abficiat. 52
 Sacerdotali ordine sunt exclusi,
 qui

INDEX

qui duas uxores , seu usduam duxisset .	52	sanctū peccatū itermissibile . Spiritus sancti motus ad detestanda peccata .	16 9
Sacra oīa siant lingua vulgari .	49	Stipendia docentium .	35
Sacramēta , altera Ecclesiæ nota .	25	Sympathia membrorū Christi .	35
Sacramenta , signa gratiæ .	25	Synodi habenda .	35
Sacramenta , sig. societatis sacre .	25	Synodi Episcopales , Prouinciales , Nationales , & Vniuersales .	24
Sacramentum integrum dispensari debet .	48. &c. 49		
Sacramenta quæ necessaria , quæ minus .	27		
Sacrificium representatiuum in Missa .	43	T	
Sacrificium laudis quod cum gratiarum actione fit .	45	in Templis nihil , nisi ex scripturis , legendum & recitandum .	54
Salutis certitudo .	11	Traditio & doctrina Ecclesiæ via .	23
Sancti nostram salutem cupiunt & promouent .	40	Traditiones Ecclesiæ explicatio ne Scripturarū traditæ sunt .	39
Sancti ut appellandi .	40		
Sanctorum cōmemoratio quare & ad quid habenda .	39	V	
Satisfactio canonica & castigatoria qualis .	32	Verbi nota .	14
Satisfactio satisfactoria , solius Christi .	32	Verbo ex termo internum exhibetur .	20
Scholæ restituendæ .	55	Vita et mores ministerijs digni .	32
Scripturarum Canon .	21	Viuificatio à mortificatione contritionis .	19
Scripture canonice excellentia .	21	Vnctionis infirmorum uerbum , elementum , uis , et usus .	33 & 34
Scripturæ beneficium .	20	ad Vocationem suam singuli insituantur .	33
Scripturas interpretandi autoritas , penes totā Ecclesiā est .	21. 22	Vxor in sacerdotio non ducenda .	55
ex Scripturis tantum in templis legendum & recitandum .	54	Vxores duas aut Viduam qui duxisset excludebatur sacerdotali ordine .	52
Simonia omnis remouenda .	51	Vxorem religionis pretextu abficiere , sacerdoti non licet .	52
Singuli ad suam uocationem insituantur .	55		
Sola fide iustificamur .	12		
Soli sancti nostram Ecclesiam constituant .	12		
Solum incredulitatis , desperatio- nis , & blasphemie in spiritum			

FINIS INDICIS
super Imp. Librum.

INDEX ALTER

in omnia alia, quæ Libro
Imp. subiecta sunt.

- A**
- Absolutiōis benef. retinendum. 62
Abusus canonice satisfactiōis. 64
Abusus traditionum. 69
Abusus Missæ pro defunctis. 72
Abusus admissi & obscurata doctrina Euangeli. 78
Abusus in cultu sanctorum. 81
Abusus, quod Clerici & Episcopi
constituantur sine assensu ordi-
nis & plebis. 215
Abusus, quod Papa omnes ordi-
nat & confirmat. 217
Abusus grauiſi. pālā uitiosos ab
soluere & ad Eucharistiam ad-
mittere. 119
Abusus multi agnoscuntur, sed
nulli corriguntur. 157
Academiae in doctrina & discipli-
na reparanda. 125. (177)
Actio in causa Christi sit libera.
Additio ad art. de lib. uolūtatis. 83
Additio ad art. de pec. original. 84
Additio ad art. de iustificatione. 85
Additio ad titulum de Ecclesia. 87
Additio ad art. de poenitentia. 89
Additio ad art. de sacramentis. 89
Additio ad art. de disciplina. 90
Administratio prophana Episco-
porum magnam pernitiem Ec-
clesiæ intulit. 91
Anathematizati sunt præsbyteri
qui cantionibꝫ tñ uocabât. 104
Annotatio nullę Romam dandę. 101
Annotatio Protestantium de in-
choata obedientia. 63.
Applicatio meritii Christi nō mini-
- fit sine propria fide. 72
Argumentum ne ualeat, Causa re-
ligionis pertinet ad omnes, ergo
non est per nationem deci-
denda. 192
Articulus de iustificac. ceptu s est de
prauari in Comitijs. 85
Articuli in Colloquio conciliati:
79. 130. 173. 13
Articuli non conciliati. 151
Arti. conciliati recipiendi. 147
Articuli conciliati ideo non rej-
ciendi, quia aliqui nunc non po-
tuerunt conciliari. 176
Articuli conciliati cur non admitt-
endit quibusdā uideantur. 160
Art. cōciliati nihil habent alienū
a D. scripturis et S. Patrum. 172
Artic. illi parui momenti sunt, de
quibꝫ adhuc cōtrouertitur. 175
Augustanus recessus. 159
Augustanum decretum, ea parte
qua cum lege Dei consentit, ne
glectum. 166
Autoritas uerbi Dei in scripturis
revelati, maior quam omnium
hominum & conciliorum. 57.
Autoritas Ecclesiæ, non in testifi-
cando solum est, sed etiam spir-
tualiter iudicando. 58
- B**
- Baptismatis uetus administratio
restituenda. 222
Beneficia idoneis conferenda. 138
- C**
- Calamitates mitigantur per bo-
na opera pitorum. 67
Canonis uitium. 74
Canonica satisfactio in abusum
uenit. 64
Canonica

INDEX

- Cathonicae ministrorum electio et
examinatio restituenda ecclesijs. 95
- Cantores & Lectores dignitate
& opibus ueris presbyteris non
preferantur. 133
- Cardinalis mentitur Papam esse
caput ecclesiæ & Cœciliorum. 186
- Catechismus reuocandus. 90. 106
- Catechismus communis edend⁹. 115
- Catechismus singulis septimanis
exercendus. 116
- Catholici qui uere dicantur. 162
- Catholicus consensus. 59. 141
- Causa, de superuacaneis articulis
indigna. 171
- causæ nullæ Romam pertrahen-
dæ. 101
- censura ecclesiastica, & excommu-
nicatio restituenda. 107. 127
- Censure eccles. præficiendi uiri gra-
tissimi. 227
- Ceremoniae utiles retinendæ, inuti-
les abolendæ. 116
- Christus solus pro peccatis satisfe-
cit. 64
- Christus cuique pro se audiendus &
sequendus, etiam si orbis recla-
met. 111
- Civilia & ecclesiast. munia seiu-
genda eiusq; cōmoditas 98. 235
- Civilis & ecclesiastica procuratio
se mutuo iuvant. 235
- Clerici uita & disciplina. 228
- Clericus nemo sine populi compro-
batione ordinandus. 214
- Clericus quisq; a suo episcopo iu-
dicandus. 229
- Clerico de ecclesia nihil supra quā
meretur, dandum. 120
- Clerici lapsi, quomodo sint corri-
gendi. 229
- clericis a quib⁹ abstinenti. 169
- clericis, etiam inutiles, si se discipli-
næ christianæ subiijctant, alien-
di. 233
- celibatus lege indictus, pugnat
cum iure diuino. 76. 118
- coena Dominicæ usus. 61
- in Coena, præsentia & exhibitiō
est corporis et sanguinis Dñi. 61
- coenobia et receptacula egentium
uaria. 103
- collationū abusus corrīgend⁹. 117
- collegia pro nobilib⁹. 233
- collegia Ecclesiæ uetera. 124
- comitas Libri Imperatorij. 75
- concilia grauiter errarunt. 82
- cœciliū fecit Pont. dñm. Imp. 82
- conciliati articuli qui sunt. 79
- conciliati articuli recipiuntur. 79
- conciliatorum articulorū plenior
explicatio petitur. 80
- conciliatiō religiōis nihil opor-
tebat a principib⁹ preponi. 172
- conciliatio relig. cur reiecta. 183
- conciliatio relig. a multis Statib⁹
petita, a paucis obtenta. 182
- conciliatiōis relig. maximum im-
pedimentum, quod piget uide-
ri mutasse sententiam. 176
- conciliatio de Missa & commu-
nicione. 174
- concionatores boni cōparandi. 139
- conclaves in festis non omittenti-
dæ, & quales habendæ. 113
- ad Concordiam aditus per Li-
brum Imp. factus est. 78
- confessio peccatorum & cateche-
sis prirata, profundit rudibus. 63
- confirmatiōis ueræ restitutio. 106
- confutatur, Non posse controver-
sias fidei in Synodo nationali
determinari. 191

INDEX

C onfutatur, Maiores seditiones fore, si Germania concordiam religionis per Synodum generalē constituat.	190	Disciplinam Ecclesiasticā ualentes ferre, tantum præsidiendi.	132
C onsuetudo difficultime corrigitur,	79	Discrimen inter sacramenta servandum.	90
C onsuetudo longe infra uerbum Dei.	79	Discrimen peccatorū propter quem amittitur gratia, et propter quem non.	88
contra Cōscientiam rectam nihil recipiendum.	81	Docentes impietate fugiendi.	87
Contrarenus Card. negat in Concilio nationali controversias fidei posse determinari.	186	doctrinę iudiciū est penes Ecc.	60
C orrectio impeditur, & tamen uicia agnoscuntur.	163	Doctrinæ Ecclesiasticæ administrationis uera forma.	213
C riminosi, etiam sacerdotes per magistratū puniendi sunt.	121	Doctrina de bonis operibus explicanda.	86
C ura rerū Ecclesiasticarum supremis potestatib. restituenda.	107	Doctrina et Sacra iuxta cōciliatos arti. restituenda & trad.	94. 109
D		De Doctrina & Sacramentis nīl cōueniat, nīl salubriter constitui posse.	94
Damnatio persecutorum, ac descendenterium, licere mutare institutionem Christi.	75	Dona Ecclesie.	57
Decretum Ratisponense negligitur.	170	Donum interpretationis nō est penes impiam multitudinem.	59
Deus cur suos uarijs exerceat malis.	65	E	
Deus punit peccata suorum internis & externis poenis.	65	Ecclesia in controversijs docenda est de fontibus.	80
Defensores & cōeconomī, ex nobilib. collegiorum diligendi.	233	Ecclesia superior non damnatur, etiam si abusum aliquem recepit.	75
Dignitas & dona Ecclesie.	57	Ecclesiæ unitas, caput Christus.	68
Dioeceses plures facienda.	219	Ecclesiæ dignitas.	57
Dispensatio rerum Ecclesiasticarum quomodo restituenda.	105	Ecclesiæ autoritas nō in testificando solum, sed etiam spiritualiter iudicando.	58
Dispensatio rectior sit de Cano. rei cōscientibus à sacro ministerio maritos, q̄ hactenus dispensatum sit de illis, qui rei cōuentū fornicarios.	99	Ecclesiæ interpretatio.	58
Disciplina iuniorū Clericorū.	229	Ecclesiæ ueteris instituta.	167
		in Ecclesia nīl legendū uel cantandum, nisi quod depromptum sit ex D. literis.	221
		Ecclesiæ Protestantium necessario mutarunt quosdam ritus.	88
		Ecclesiæ Protestantium, abiectæ & expulsa sunt à reliquo cōcūper	88

INDEX

- per pseudoepis. nō discesserunt
 ab Ecclesia Dei Catholica. 88
Ecclesiis habeant suos cœcon. 220
Ecclesijs præficiendi, qui munus
 Episcop. uere administrent. 120
Ecclesijs permitendū, ut sibi mi-
 nistros instituant idoneos. 110
Ecclesijs maxime despoliante,
 spolijs accusant eos, qui uerum
 usum opum eccles. restituūt. 125
Ecclesiastica et ciuil. munia seiu-
 gendi necessitas & cōmod. 98.
Ecclesiasticum iudicium de (235
 quib. iudicer. 121
Ecclesiastico uitia manife. 164
Ecclesiasticarum rerū cura, supre-
 mis potestatib. restituenda. 107
 Eccius quasi presuit Colloq. 201
 Eccij censuræ in Librum Imp. &
 calumniæ. 202
Ecciana calumnia à quibusdam
 recepta contra collocutores in-
 auditos. 104
 Egentium uaria receptacula. 103
 Electio ad sacrum ministeriū. 214
 Electio & examinatio ministro-
 rum Canonica ecclesijs restitu-
 enda. 95. 117
 Electores censem conciliatos arti-
 culos recipiendo. 153
 Electores petunt, ut & nondum
 conciliatorum articulorum cō-
 ciliatio queratur. 154
 Enumeratio peccatorum non ne-
 cessaria. 62
 Episcopus nemo sine populi com-
 probatione ordinandus. 214
 Episcopus à Synod iudicetur. 229
 Episcopus quisq; suos clericos or-
 dinare & cōfirmare debet. 217
Episcopi munus, uel per unum ali-
 quem, uel per decuriam iudicūm
- Ecclesiasticorum administre-
 tur. 121. & 234
 Episcopi quomodo autoritatem
 retinere queant. 144
 Episcopi uel sanctissimi. potestati
 b9 seulro submiserunt. 232
 Episcopi principes, tueri debent
 omnes, qui ministerium ecclē-
 siæ obeunt, & res ecclē-
 scipi principes, uel legitimū
 ecclēsiæ ministerium, uel iusta
 reipub. administrationem non
 impedian. 97
 episcoporum p̄cipua officia qua-
 tuor. 120
 episcoporum officium omnibus
 notissimum. 163
 episcoporum successio ordinaria
 quæ. 94
 episcoporum opes, non in luxum,
 sed in pauperes exponendę. 138
 episcoporum prophana admini-
 stratio magnam ecclēsiæ perni-
 tiem intulit. 21
 episcopis spiritualib9 administra-
 tio spiritualis tota relinquenda. 235
 eucharistia cōstat duabus partib.
 terrena & coelesti. 62
 de eucharistia consensus. 173
 eucharistia cum bona conscientia
 sumenda. 74
 eucharistia non nisi communica-
 tibus administranda. 73
 eucharistia neganda ei qui in ma-
 nifestis peccatis uiuit. 61
 circa eucharistiā noua cuncta in-
 venta, abroganda sunt. 226
 examinatio ordinandorum necel-
 faria. 215
 examinatio ministrorum qualis
 esse debeat. 117
 nō examinatus can. ad sacros off.

INDEX

- minime admittendus. 213
 Excommunicationis & censuræ
restitutio. 107
 Excommunicationis sententia, per
plures ferenda. 122
 Explorati tantum ordinandi. 59
- F**
- Familia Prglatorum morib⁹ sint
probi. 138
 Famosos recte puniri ab eccles. 67
 Fides ntitur solo uerbo Dñi. 59
 Fides efficax, est fides apprehe-
dens certo misericordiā in Chri-
sto. 85
 Fides adhibenda in usu Sacramē-
torum. 89
 per Fidem meritum Christi appli-
catur in Cœna. 71
 sine Fide propria, meritum Chri-
sti nemini applicatur. 72
 Fideles tantum attinet promissio
spiritus sancti. 87
- G**
- Gratiarum actiones Principi Imperatori factæ, de studio com-
ponendæ religionis, quod ta-
men non sequuntur. 162
Gregorius vii. uxores ministris
Ecclesiarum resipit. 211
- H**
- Homo nullus legi Dei hic satisfa-
cit. 84
- I**
- Immunitas uera Cleric. que. 231
 Imperator iudicium de actis, &
initium reformationis à Lega-
to serio petiit. 148
 Imp. prouidit impedimenta a' Le-
gato insectumiri. 148
 Imp. pollicetur redditum. 147
- Interpretatio Ecclesiæ. 98
 Interpretationis donum non esse
penes impiam multitudinē. 59
 Inuocatio absentis, tribuit omni-
potentiam inuocato. 70
 Irritum nihil, nisi quod contra uer-
bum Domini statuatur. 193
 Iudicare Episcoporum quale. 231
 Iudicium Cameræ æquum consti-
tuendum. 111
 Iudicia Ecclesiastica restituenda.
120
 Iudicium Ecclesiasticum de qui-
bus judicet. 121
 Iudicium doctrinæ, est penes ecclæ-
siæ. 60
 Iudicium & animaduersio in cle-
rum. 229
 Ius patronatus seruandum, sed ec-
clesiæ etiam ius suum, indignos-
reiciendi, restituendum. 117
- L**
- Laici adiungendi in iudicio ecclæ-
siastico. 121
 Lectores & Cantores presbyteri
præferri indignum est. 101
 Lex de cœlibatu pugnat cum iu-
re diuino. 76
 Lex de cœlibatu infinita agmina
animarum pertraxit ad interi-
tum. 118
 Legi Dei nemo hominum satisfa-
cit. 84
 Leges pliorum Principum de re-
b⁹ ecclæsticis reuocandæ. 231
 Liber Imp. aditum ad Colloquium
fecit. 78
 Liber ante Colloquium à multis
& magnis excussus. 103
 Libertas agendi in causa Christi
requiritur. 177
 ea Lingua.

INDEX

- ea lingua sacra mysteria proponantur, quā populus intelligit. 222
Luxus Prælatorum taxatus. 137

M
 Magistratus ciuilis animaduertat in omnes criminosos, etiam sacerdotes. 121
 magistratuū seueritas requiritur 67
 Malum originis relictum sanctis, repugnat legi Dei. 84
 Maritum esse uult Paulus Presbyterum. 76
 Matrimonium admittendum, ut idonei ministri haberi possint: 76, 99, 100, 110, 118.
 Meritum christi in sacra cena per fidem applicatur. 71
 Metropolitanus Epis. sue prout dignitatem ordinare & confirmare debet. 217
 Ministeriuū Euāgeliū perpetuū. 63
 Ministerium certū ei qui ordinandus est imponendum. 101, 117
 Ministeria deserta, scholē abolitæ 104.
 Ministri oppidis populosioribus cum plena administratione curæ animarum dandi. 93
 ministri idonei nō habebuntur, nisi matrimoniuū sacerdotibus permittatur. 100
 Ministri ecclesiistarum examinandi & probandi. 116
 Ministrorum uera forma. 210
 Ministrorum idonei, necessitas. 94
 Ministrorum ordo inter se. 69
 Ministrorum stipendia quomodo moderanda. 100
 Ministrorum lapsus. 229
 de Ministerijs obeundis. 218
 Ministrantibus utiliter, & uere egentibus impendenda tatiū, di stracta sunt in Præbendas hominum inutilem. 103
 de missa cōmunione cōsensus. 174
 Missa quō sacrificium sit. 73
 Missæ abusus pro defunctis. 72
 Missæ tantum dignis cōmunione exhibenda. 223
 Missis præsentes cōmunicare debent. 224
 Missæ priuatae tollendæ & circum gestationes Sacramentorū. 225
 Missarum multitudo tollēda. 223
 Missarum summum uitium, opiniatio, mereri sacerdotem suo operalijs. 73
 Moderatio humana ratione questiata, sāpe ueritati obfuit. 80
 Monasteria opulenta. 123
 Monasteriorū reformatio, quæ pro pueris deputata sunt. 126
 Mors Christi, unicum sacrificium quod placat iram Dei. 71
 Mortificatio carnis quid. 89
 Munus exequentium officium Episcopale. 97
 Munus Episcoporū, qui externas ditiones regunt. 235
 Muneri, seu Ecclesiæ suæ nemo clericus desit. 218

N
 Natio quālibet uitia sua prior corrigit. 163
 in Nationalibus Synodis, decreta & constituta salutaria multa sunt. 194
 Neglectus decreti Ratispo. 170
 Noīa ciuitatum imperialium et liberarum, quæ se Protestantibus nō dum iuxerunt. 179
 Nouum nihil statuere cupiunt protestantes. 192

INDEX

- O**
 Obedientia inchoata quomodo
 Deo placeat. 86
 Obedientia doctrinæ recte, vincit
 lum charitatis est. 88
 Obedientia que ministerio debe-
 tur. 68
 Obiectio contra conatum refor-
 mationis. 111
 Officium christi sanctorum cultu
 obscuratur. 70
 Officium quisque suum in Eccle-
 sia faciat. 92
 Officia Episcoporum præcipua,
 quatuor sunt. 120
 Officium Episcoporum omnibus
 notissimum. 163
 Officium ut faciat Pontifex opta-
 dum, sed dum id non facit. Princi-
 pes patriæ consuler edebent. 156
 Officinæ typographicæ animad-
 uersione opus habent. 123
 Opes episcopales non in luxum,
 sed in pauperes exponendæ. 138
 Opes ecclesiasticæ unde congestæ
 & auctæ. 102
 Opum ecclesiasticarum uetus di-
 stributio. 102
 Opibus ecclesiasticis dispensan-
 dis boni laici adhibendi. 220
 Operibus bonis calamitates mihi-
 gantur. 67
 Opinio, putantium se placere deo
 propter opera taxanda. 86
 Opinio, demeritis ante gratiam
 taxanda. 84
 Oppidis populosioribus ministri-
 dandi cum plena administrati-
 one curæ animarum. 95
 Ordo ministrorum inter se. 69
 In Ordine ecclesiastico quæ non
 ferenda. 164, 228
 Ordines Protestantium. 127
 Ordinatio Clericorum. 217
 Ordinatio exploratis cantum cō-
 petit. 89
 Ordinaria successio. 124
 Ordinationes externæ ad quid
 utiles sint ecclesiæ. 69
 Ordinandus nemo absq[ue] deputa-
 tione certi ministerij. 217
 Orandum non est, ut propter me-
 rita sanctorum iuuemur. 70

P
 Pacta humana quomodo seruan-
 da. 170
 Pastores qui admiserunt flagiti-
 um, grauius quam alijs punien-
 di. 123
 Pastores alendi, et scholæ souēdæ
 ex opibus eccles. asticis. 91
 Patriarchæ. 69
 Pauperibus sua portio Canonica
 restituenda. 219
 Peccata enumerari non necessari-
 um. 62
 Peccata merentur internas & ex-
 ternas poenas a' Deo. 65
 Peccatorum discrimin propter
 que amittitur gratia, et propter
 que non. 86
 Politica & ecclesiastica procura-
 tio se mutuo iuuent. 233
 Pontifex nequaquam est caput ecclæ
 siae. 194
 Pontificij longe a' consensu catho-
 co recesserunt. 142
 Prelati per se docere debent. 218
 Prelatorum uita sit inculpata. 137
 Presentia & exhibiti corporis
 & sanguinis domini in cena 61
 Praeside colloqui qui fuerint. 200
 Praes

INDEX.

- | | |
|---|-----------|
| Presbyter maritus sit, secundum Paulum. | 76 |
| Presbyteri cantionibus uacantes anathematizandi. | 104 |
| Principes consulere patriæ debent, dum id Roma. Pontifex negligit. | 156 |
| Principum non Protestantium nomina. | 178 |
| Procuratio ciuilis & Ecclesiastica in ministris seiuengenda. | 96. 235 |
| Promissio spiritus s. ad fideles tantum pertinet. | 87 |
| Protestantium ordines & nomina. | 127 |
| Protestantes inhærent consensui catholico. | 83, 141 |
| Protestantes deprecantur calumnias & iniustam faciūtam. | 82 |
| Protestantes offerunt sead sua declaranda, & rationem de eis reddendam. | 82 |
| Protestantes nihil omittunt in bona institutione iuuentutis. | 139 |
| Protestantes in quibus a' iudicijs multitudinis recesserint. | 144 |
| Protestantes receperunt articulos conciliatos | 181 |
| Protestantes nihil noui statuere uolunt. | 192 |
| Pseudoepiscopi rumpunt uinculum charitatis, quia occidunt recte docentes. | 89 |
| R | |
| Ratio concordiae restituenda. | 74 |
| Ratiōponēse decretum, negligitur. | 170 |
| Recessus Augustanus. | 159 |
| Reformatio postulata, est correctionis manifestorum tantum utilitorum. | 112 |
| Reformationis initium apud nos, pijs hominibus in alijs nationibus gratum & utile erit. | 109. 112 |
| Reformare nostra, alijs in deformitate manentibus, non est schismaticum aut turpe. | 113 |
| Reflectio religionis componendæ ad concilium, cur facta. | 176 |
| Religioni cōciliandæ a' principibus preponi nihil debebat. | 172 |
| Religioni cōciliandæ quod maximum impedimentum. | 176 |
| Relictum sanctis mā' um originis, repugnat legi Dei. | 84 |
| Restitutio cathechismi. | 90. 106 |
| Restitutio censuræ & excommunicationis. | 107 |
| Restitutio dispensationis opum Ecclesiasticarum. | 125 |
| a' Romanis nihil expectandum boni. | 195 |
| in Romanos cur liberius inuehantur pietatis studiosi. | 195 & 196 |
| S | |
| Sacmenta signa gratiæ. | 61 |
| Sacmenta & doctrina iuxta conciliatos articulos tradenda. | 109 |
| Sacmentorum usus fidem requirit. | 89 |
| in Sacramentis discrimen seruandum. | 90 |
| Sacmentum integrum permittendum. | 109 |
| de Sacramenti reseruatione quid sentendum. | 174 |
| Sacrificium unicūm placans iram Dei, mors Christi. | 71 |
| Sanctorum cultu, obscuratur officium Christi. | 70 |
| Satisfactio Christi pro peccatis solu- | |

INDEX

sola ualeat.	64	Traditionum abusus.	69
Satisfactionis canonice abusus.		Traditio dominica seruetur in	
64		ecclæ sacra.	74
Schisma manebit, si differatur re-		Transubstantatio cuiusmodi	
formatio.	114	sit.	174
Scholæ abolitæ.	104	in Typographos animaduerten-	
Scholæ restituendæ.	91, 123, 125, 139	dum.	125
Scholæ ueteris populij.	123		
Scholastici pauperes alendi.	114	V	
Seueritas Magistratum requiri-		Verbum Domini Basis est fidel.	
tur.	67		
Simonia omnis profliganda.	100	Verbum Dei longe est supra om-	
Singuli semel in anno exploren-		nem consuetudinem.	79
tur a suis Pastoribus.	119	Verbum dei est regula omnis mo-	
Status multi conciliationem reli-		derationis in dogmatis.	81
gionis petierunt, pauci tenue-		Verbi dei authoritas maior, quā	
runt.	183	omnium hominum & concilio	
Status sæcularis reformatus.	93	rum.	
Stipendia ministris statuenda.	110	Vetera Ecclesiæ collegia.	124
Stipendorum canonicus modus.		Vinculum charitatis, obedientia	
101, 100.		doctrinæ rectæ.	88
Successio ordinaria Episcoporum		Vinculum charitatis rumpunt	
quæ.	91	pseudoepiscopi.	89
Synodus nationalis, in qua con-		Visitatio restituenda.	122
cordia penitus perficiatur.	147	Visitatio Ecclesiarum Episcopis	
Synodus nationalis potest contro-		demandata.	219
uersias fidei determinare.	191	Visitatores curent de stipendijs	
Synodus generalis in Germania,		ministrorum.	123
pro cōcordia religionis, sedicio-		Vitia manifesta ordinis Ecclesi-	
nes nullas dabit.	190	astici.	164
Synodi bīngquotannis habendæ		Vitia agnoscentur, & correctio	
230		impeditur.	163
Syricj lapsus, qui in matrimonio		Votum coelibatus pugnat cum	
esse, dixit, in carne esse.	77	mandatis diuinis, in uocatis ad	
T		matrimonium.	
Taxanda opinio de meritis ante		Vota superstitionis irrita.	77
gratiæ.	84	Vsus cæng Dominicæ.	61
Taxanda opinio, putantū se pla-		Vsus sacri Calicis restituatur ple-	
cere Deo propter opera.	86	bi.	119
Titularum facilis conuentio.	98		

FINIS INDICIS.

ERRATA QVAEDAM.

Pagina 90. lin. 11. Idem petijſſe.
Ibidem in marg. Articulorum.
Paulo post in marg. ſepe ueritati obfuit.
Pag. 95. lin. 10. uiua ſeu efficaciſide, ſig.
Pag. 104 in marg. ſchole abolitæ.
Pag. 153. lin. 14. ex facta, iuſſu.
Pag. 175. in marg. controuertuntur.

Si qua ſunt alia, candidus Lector
per ſe emendet, rogamus.

Argentorati per Vuendelinum
Riheliū. M.D.XLI.

МАРГАРЕТ АТАУЕР

Слово о том, как волшебница
Маргарита Атавер
все земли и народы
все земли и народы
все земли и народы

все земли и народы
все земли и народы

Слово о том, как волшебница
Маргарита Атавер